

AB

41 $\frac{22}{h, 24}$

255
DD Ne
angeh. DD Ne
DD Pa

CHRISTOPHORI VVIL-
neri Tyrigesi.

PANEGYRIVM
SACRARVM

LIBER XII.
DECEMBER.

Cum
Euangeliorum & Epistolarum
Vsitatis lectionibus,
Profodiorum & hymnorum
Antiquis & nouis cantionibus
Collectarum & piarum precationum
Succinctis meditationibus.

Entz. Tab. t. 1.



OMNIA.

Vario carminum genere, & styli compos-
sitione ad formam Dramatum.

CVM APPENDICE.

De lyricorum carminum generibus uariis
apud ueteres & recentiores Poetas,
ethnicos & Christianos.

M. D. LXXXV.



MAGNIFICO VI-
RO: GENERIS NOBILITATE,
NATALIVM SPLENDORE
& origine: Excellenti doctrina &
eruditione, Musarumq; gloria cla-
rissimo: D. IOANNI CRISTOPHORO FVCHS, seni-
ori in Vualenburg et Arnsvang:
& Franco: in Palatinatu supe-
riori præsidi Ambergæ:
Domino ac Meccœnati
suo colendo.

S. D. P.

Post longum Musarum exilium, &
felicem Poetices in Christianorum
scôlas, Academijs, & respub. resti-
tutionem, in his occidentalis imperij
regnis Europæis: diuis approbanti-
bus cesaribus Augustis, & S. Rom. imperij mo-
narchis: priuilegiorum et immunitatum peculiari,
beneficio & potestate his data, qui comitiuam suis
in Rempub. literariam meritis, laurumq; trium-
phalem industria, studijs & opera consecuti sunt:
quorum actibus solennibus, statu & dignitatibus,
imperatoria autoritate approbatis, artem ipsam
at rem diuinam & sacram, scolis necessariam,

A 2

Reipub.

N V N C V P A T O R I A

Reipum uilem, ecclesiae salutarem, Deo gratam & acceptam, approbari manifestissimum est: eam nihilominus tamen cum renascentis Euangelij luce apud Thessalos nonnullos fortunam experiri uideamus Musas Christianas FVCHSI magnifice: qualis olim pientissimum bellicosissimumq; Hebraeorum ducem & regem fors cum arca foederis apud Saulis filiam excepit. Is confecta pace, deletis eiculisq; Iebusæis, cum translata regia sede ex Hebron in Urbem Ierosolymam, de Leuitis in suburbana recipiendis, & arca domini reducenda, quae superiorum temporum iniuria diebus Saulis diu requisita non fuerat, consilia centuriatis comitijs tractaret, essetq; propositum hoc regis sanctum omnium ordinum & tribuum consensu approbatum: arca quidem ex Cariathiarim, quo quadri lustri spacio sub tabernaculis habitauerat, deducta fuit, toto Israel à Sichor Aegypti usq; ad Emath hanc sacram panegyryn prosequente, ipsoq; rege & uniuerso populo ludente coram domino, in uirtute, cytharis, canticis, psalterijs, tympanis, cymbalis & tubis. Verum peculiari quodam summi sacerdotis filij fato, diuinitus percussis & subitanea morte ob temere contrectatam arcam in uia extincti, arca in Ierusalem non uenit: sed ob consternationem subitam uniuersi populi & contristationem regis in domo Obededom Githæi in colle substitit. Post
tertium

EPISTOLA.

tertium mensem placato domino & sacrificijs rite peractis, instituto secundo panegyrico conuentu, cum in ciuitatem David, quæ in Sion erat, deduceretur sacris adhibitis, rexq; cum uniuerſa multitudine, alacri animo pedester incedens ante arcam domini cythara luderet, lineoq; accinctus Ephò totis saltaret coram domino uiribus, in publicam effusus lætitiã, inter multitudinis iubila & tubarum clangores: derisus est à regio gynæceo & luxuriosa coniuge sua Michol. Illa regem sacris intentum per fenestram aspiciens, & ex panegyrico congressu, & introductione arcæ fœderis cum benedictione sacra reuertentem hoc excipit sarcasmo ironico: Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est quasi unus de scurris?

Ecce iudicium & censuram superciliosæ feminae de pijsſimo & gloriosissimo hoc actu Davidis. En gratulationem regiae coniugis, quæ cum Gynæceo suo regem cum sacerdotibus & arca fœderis irridens inter scurras collocat. Sic ferè iudicat uulgus aulicum, & gynæciarum dominarum custodes de suis regibus & principibus, quos rebus diuinis, pijs ecclesiarum constitutionibus, inter sacra domini plus quam cum Sardanapalo gynæceis, aut cum Actæone Dianæ uenatrici & ferarum lustris, quasi hæc regia sint officia, incumbere uident. Horum oculos et animum luxus regius, aularum magnificen-

N V N V P A T O R I A

tia, Syriacum illi g. ri pomposi, natalium splendor
 et origo ita opplevit: Vt arca dominica, Davidis
 cythara, ephod sacrum, multitudinis psalmi, paneg-
 yrici ecclesiarum congressus, pie et salutare scho-
 larū et ecclesie constitutiones scurrilibus et anilibus
 uanitatibus similes habeantur. Hæc cum Michol te-
 sti per fenestras aspiciunt, etsi sacris interesse con-
 tingat, pudet cum Davide aut multitudine sacra
 hymnum dominicum canere. Aliquibus et rem diui-
 nam facere non nisi uelata facie mos est. Sic in oculis
 hominum sordet diuinarum rerum gloria, cum con-
 tra funambulatorum præstigijs et uanitatibus seculi
 ciuitatum curie, regum palatia, aularum cœnacu-
 la, reginarum gynæcea, urbium theatra et amphi-
 theatra repleantur: et oculis et animis in hæc spe-
 ctatores inhient, ut sepe præ multitudine pauimen-
 ta rupta legantur.

Ex horum numero sunt, leuiculorum et mulie-
 brium quorundam ingeniorum studia et mores, qui
 in sacris pro rebus diuinis, irriso Mose Prophetis et
 apostolis, instar euangelij habent ouidianarum he-
 roidum epistolas, scurriliū decantata poëtarum
 carmina: iocos Fescenninos, sales, dicteria, lusus et
 obscœna Martialis epigrammata. Hi Davidis hym-
 nis et cytharæ suam præferunt cithaream: nenia
 decantant amatorias: lepidas suas crepant ueneres:
 canticiones sacras: et panegyricos ecclesiarum con-
 gressus

EPISTOLA.

gressus cum Michol irrident: pro bis genio diuæ
uirginis puero bis genitum adorant. Semeles spurium:
pro diuis coelitibus diuæ ludunt Cypriæ: & in ca-
tullianis Martialibusq; florilegijs. ita genium oble-
tant suū, ut singulos eorū uersiculos exclament esse:

Doctos Iuppiter & laboriosos.

Longēq; Prudentianis aliorumq; Christianorum
poematis præferendos, utpote quibus legendis se iu-
uenescere (uerius obbrutescere) sentiant, & cum
serpentibus senectutē exuant. Dignū Floralibus his
osculis labrū, et tali patella operculū. Nā de obscoe-
nis tantum, & epigrammatum parte gangræmosa
hic sermo est nō de integro opere & artificio, in quo
suam laudem habet Martialis. Sed hos Vlciscuntur
tandē sui mores, sterilescuntq; horū lepida camoe-
ne & lingua, ut Deum nec laudare nec glorificare
carmine suo possint, nihilq; aliud cum Musis suis a-
ga it, quam ut sacra irrideant, suoq; tandem merito
cum Michol damna sterilitatis & probra perpetuæ
ignominie sustineant, ut Deo iudice impij eorū sara-
casmi & ironia in luctum acerbum conuertantur.

Magnus erat omnino & gloriosissimus rex Da-
uid, multarumq; & insignium rerū gestarum glo-
ria, et uictoriarum trophæis toti Israel conspicuus,
ut cum Sauli mille, Dauidi decem milliachorus tri-
bueret: princeps constitutus erat super populum
domini: ex septem fratribus natu grandioribus ele-

NUNCUPATORIA.

Etas minimus: lionu n ora ferocissima fregerat: ur-
 forum lacertos & brachia robustissima contuderat:
 cum his uelut cum agnis, cum illis ut cum hœdis lu-
 serat: Goliadum Philistinorum spurium Giga-
 teo robore, altitudinis sex cubitorum & palmi tu-
 midum, cum lorica hamata, pondo millium scielorum
 æris, & hasta sexcentorum scielorum ferri, cum
 bastili instar liciatorij, funda sua p storali & quinq;
 munitus lapillis scrauerat: occisorum præputia cen-
 tum ex pacto geminata manifesto periculo obiectus
 attulerat: regis filiam & matrimonium belli glo-
 ria consecutus erat: pro rege & toto Israel felicissi-
 mē dimicauerat: regnum tandem ipsum, dia dema,
 sceptrum, & thronum sine omni contradictione
 possederat: Sui tamen oblitus, & à domino prælatus
 omnibus, omnium factus ceu minimus inijcit se in
 panegyres sacras multitudinis, ante dominum sal-
 tans, & in diuino obsequio cum cythara tripudians.
 Reprehensus à Michol ob istam leuitatem, regia
 maiestate & magnificentia indignam: Coram
 2. Reg. 6. Deo, inquit ludam, qui me elegit præ Saule patre
 21. 22. tuo, qui mandauit mihi, ut essem princeps super
 populum Domini: quin & Vilior fiam quam nunc,
 & in humilitate mea Vilescam, ut cum ancillis, de
 quibus tu locuta es, gloriosior fiam. O panegyrim
 arce fœderis omnium magnificentissimam, quæ
 actus sui celebratorum choragum habuit non poë-
 tam

EPISTOLA.

tam sed regem: non Alcaum Igitur ena um uel Iy-
ricorum principem Pindarum, sed cytharistam
Bethlehemiticum: & inter Prophetas non Saulem
sed Dauidem. ô humilitatem stupendam. ô pieta-
tem admirabilem & insignem. Quid de factis eius
ab alijs sentiatur ignoro. Ego inquit Gregorius,
Dauidem plus stupeo saltantem quam pugnantem.
Pugnando quippe hostes subdidit: Saltando autem
coram domino semet ipsum uicit.

Sic Michol olim: et sic Gregorius magnus: &
sic sapientissimus ille bellicosissimusq; heros Israelis
dixit fecitq;: Vir certe non uulgaris, sed rex secun-
dum cor domini electus: patriarcharum lumen,
prophetarum princeps, regum omnium maximus,
omnium felicissimus, & in desiderabili CHISTI
figura unctus spiritu humilitatis stupendæ, prophe-
ticis oraculis & spiritualibus canticis clarissimus,
paterq; seminis benedicti è carne iuxta promissio-
nem. Hic domino suo ludit, ludo profecto non pueri-
li, non scenico, non inepto: sed iucundo, sed hone-
sto, sed pio, graui, & spectabili, ut coelestium spe-
ctatorum oculos, & ipsius omnipotentis IEHO-
VAE aspectum in se attraxerit. Præclare de hoc
Bernardus: Ludam, inquit, ut illudar. Bonus ludus
cui Michol irascitur, & quo delectatur DEV S.
Bonus ludus, qui hominibus spectaculum præbet ri-
diculum, angelis uero gaudium & tripudium.

A 5 Admire-

NUNCUPATORIA

Ad niretur igitur mundus ludos suos seculares, audiat & decantet nenas suas amatorias, admittat ioculatores & saltatores suos scenicos et funambulos, qui capite misso deorsum, pedibus sursum erectis præter humanum usum stent capite, ingrediantur manibus, ut sic omnium oculos in se uertant: nobis ludos facit arca domini admirabiles, congressus aperit ecclesia amabiles, infans & puer ille regius natus in Bethlehém cum Dauide patre suo exul ante, & præ gaudio saltante spectaculum præbet stupendum & admirandum: qui in sinu tenellæ virginis matris uagiens omnes nostros consecrat uagitus & miseras, ut cum ipso in hoc seculo lacrimantes in illa altera uita tripudicemus in æternum cum beatis angelis. Vere & manifeste magnum est hoc pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne: iustificatum in spiritu: apparuit angelis: prædicatum est gentibus: creditum est in mundo: assumptum est in gloria.

2. Timoth.

2.

Cum igitur ex infantium & lactentium ore laudem sibi comparare uelit dominus, & in aduentum optatissimi huius pueri, & diem illius natalitium pueri ferè omnes effusis animis & exultante spiritu ferantur in gaudia: libuit his diebus, quibus panegyres sacras & congressus hos beatos aperit Decembris cum pueris in ecclesia per eum choro multitudinis ludere coram domino, qui præ Saule Dau-

dem

E P I S T O L A .

dem etiam, & cum ipso nos ad opus hoc prædicandi
& adorandi messiam elegit, et per ipsum mandauit
nobis, ut osculareretur filium.

Quæramus igitur F V C H S I magnifice præ-
sepe eius, cum Magis orientalibus: transeamus cum
pastoribus in Bethlehem: procumbamus ad cunctas
eius regias, & uniuersitatis adoremus dominum:
uilescamus cum Dauide, & cum multitudine mili-
tie coelestis angelorum laudantium. D E V M cum
hymno glorioso: Gloria in excelsis D E O, in ter-
ris Pax, hominibus bona uoluntas: exultemus
C H R I S T O nostro cum tremore, ut cum ipso
olim et beatis coelitibus gloriosi appareamus in con-
spectu domini, in æternæ beatitudinis congressibus.
Verus hic demum poetica finis est, hæc cytharæ laus
& harmonia lyre optima, hic systrorum & cym-
balorum sonus iucundissimus, clangorq; tubarum
& organorum in templis musica Vox Deo grata
& accepta, quæ C H R I S T O applaudit, & in
diuino obsequio C H R I S T V M Phœbum & A-
pollinem suum agnoscit.

Tuo igitur magnifico nomini nobilissime uir in-
scribere libuit has Panegyres Decembres, tum quod
beneuolentiam à te expertæ sint Musæ meæ haud
uulgarem, benignè à te olim exceptæ & inuitatæ,
tuoque post modum donatæ psalterio: tum quod cum
Gregorio & Bernardo de ecclesiæ panegyribus, &
facris

CONCVPATORIA EPISTOLA.

sacris dominicis, & hac Christiana Poetica, ipsoq;
 Dauidis lusu mythico rectius quam centaurorum
 uulgus amuson in aulis iudicare sciam, ut qui
 & ipse olim tuas Camoenas CHRISTO dicatas,
 cum Dauide raro nobilium hominum & equestrium
 familiarum nostri seculi exemplo uilescere uolueris,
 ut in conspectu ecclesiae & seruorum domini glorio-
 sior euaderes. Ac ipe igitur uultu beneuolo hunc De-
 cembrem meum, & pro tua pietate & candore con-
 tra Thessalorum iudicia & ironum cauilla, ni-
 grumq; Momi Salem sub tuo patrocinio nobilissimo
 defende, ut ad reliquos Panegyrium sacrarum men-
 ses alacriores excitentur. Pro hac humanitate &
 beneuolentia summa æuum tibi tranquillum, fortu-
 natam gubernationem, & gloriosam cum Dauide
 uitam in terris & curriculum beatum uotis à Deo
 ardentibus & oro & exopto. Vale felicissime in
 CHRISTO uir magnifice, & Musas meas ueteri
 tua beneuolentia & fauore benigne prosequere. Ex
 Musarum secessu ad oram Semanae borealem in
 Tennebergeni præfectura. Anno æræ dominicæ
 M. D. LXX XV.

T. Magnificentiae
 Obseruantiss.

M. Christophorus
 Vuinerus.


EIVSDM.

7

AD SALOMONEM
FRENCELV
M VRATISLAVIEN-

SEM: A MAGNifico ET NOBILIS-

simo D. D. HARTMANNO HART-

MANNI  Eppingen: sacri lateranensis
palatii aulaeq; Caesariae, & imperialis con-

sistorij comite: supremo Septem-

uiralis aulae in palatinatu

iudice atq; consili-

ario,

LAVRO TRIVMPHA-

LI IMPERATORIA AVTORITATE,

in nobilissimorum & summorum hominum

conscssu solenniter insignitum & P. L.

designatum.

ELEGIAE.

Quae spes Tentonica noua, quae se gloria genti
Exerit, Arctoo & Musa sub axe credit?

Qui nouus in iuuenē hunc se spiritus aethere fundit,
Et tam magnifico carmine uena fuit?

Entheus unde uigor, Geniusq; poeticus iste?

Anne SABINE tuus, sine SECVNDE tuus?
Fallor

AD SALOMONEM

Fallor in illorum cum spiritus astra subiret,
 Ex alto terras despicereq; polo
 Dona suae migrans transfuderit alta camoenae,
 Ad cunas linquens plectra lyramq; tuas.
 Qualis Elisei sub tempore magnus HELIAS,
 Cum curru igniuomo scanderet astra poli:
 Discipulo exuias & pallia fluxa reliquit,
 Quae diuisa fuit Iordanis unda sacri,
 Spiritus hinc eius uenit in praecordia ELISAE,
 Numineq; illius labra potente replet.
 Salue o Teutonicae gentis noua gloria salue,
 Et noua Silesiae lux oritura tuae.
 Salue o delitium charitum FRENCELIA musas
 Laureae salue istis digna gerenda comis.
 Quos mihi quos animi circum praecordia motus,
 Quasq; uoluptates laurea lecta dedit?
 Vos mihi Pierides testes & numina sacra
 Plausibus exilijs nostra camoena nouis.
 Phoebe tuum hoc opus est: tua gloria digna camoenae:
 Atq; immortalis laurus honore uirens.
 Tu studia haec seruas: tibi sunt sacra carmina curae:
 Fons sacer, & clariae lymphe perennis aquae.
 Per te uictrices hederæ lauriq; uirescunt,
 Frondeq; perpetua tempora sacra ligant.
 Ipse foues gentem Aoniidum, fatoq; peremptis
 In statione alios sufficis ipse uiros.

Vifos

FRENCELIUM.

Visus & ipse NICER choreas inducere Nymphis.
 Atq; triumphantes explicuisse comas:
 Plausibus Oreades iunctis consurgere uise,
 Et manibus thyrso exhibuisse suis.
 Ipsa tuo tecum est letata Academia honore,
 Turbaq; doctorum gratificata fuit.
 O utinam istius spectator & ipse fuisset
 Magnificæ Pompæ, pierijq; chori.
 Magna auscultassem diuæ præconia lauri,
 In medium quæ tum protulit ipse comes.
 Vox permulsisset miris mihi motibus aures,
 Ultima qua claudis uota petita tua:
 Laure ô laure uirens, æterno frondis honore æ.
 Quis Musis tantis laurea ferta neget?
 Visa stat ante oculos cathedra augustissima nostros,
 Qua comes HARTMANNVS magnus Apol=
 Constitit in medio, palla spectabilis aurea: (lo tuus.
 Summa caput textit purpura: gemma manus.
 Torquis ab ambrosia pendet ceruice: sinistra
 Carmina fert acta commemoranda sacro.
 Torquati resident circum, procerumq; corona,
 Selectiq; uiri quos ducis aula tenet. (secretis
 Nobilis VMSTADIVS: tu COLBINGERE
 Principis à magnis: GASPARE & A=
 (GRICOLA.
 AGRICOLA interpres iuris legumq; peritus,
 Quem præceptorem docta iuuentus colit.

AD S. LOMONEM

Et studij eiusdem consors FORSTERS, &
 Codicis anistes Iustiniane tui. (ipse
 Inde Palatini moderator principis acer (gravis.
 PANCRAIVS, legum Doctor & ipse
 PAPPIVS organicas mystes Asclepiadeus,
 Quem stupet aurata Delphicus ipse lyra.
 Et pars coetera confessus, pubisq; corona,
 Selecti iuvenes pieridumq; lytæ.
 Hic postquam iuueni iam facta licentia fandi,
 Dicendi & partes obtulit ipse comes:
 Auspiciis Musis, doctisq; stupentibus ipsis.
 Exorsus quid nam fabula ficta uelit.
 Prima quod hæc artis sit quædam infantia summa,
 Vnde fluat sucrus mellifluusq; liquor.
 Vnde animus tener, & teneri pascantur alumni?
 Dum solidos discant mandere forte cibos.
 Exemplis isthæc ostendens singula miris,
 Vnde fides uerbis: rebus & ipse color.
 Edidit eximium specimen sapientientie & artis,
 Vnde immortalis nomime dignus erit.
 Ergo triumphalem meruit quoq; frondis honorem
 Lauriferæ: uates laurifer ipse nouus.
 Et titulum nactus doctiq; insignia uatis,
 Omniaq; utendi his congrua iura capit.
 Perge decus uatum, & folijs radiantibus auro,
 Quæ comes Hartmannus ferta gerenda dedit.

Aurea

FR EN C E L I V M.

Aurea ferta tuas circum sine serpere Musas
 Floribus ut radiant carmina sacra suis.
 Sacra tibi tela est: Spartam istā es nactus ut ornes:
 Magnus ut euadas, nomina magna geris:
 Inuitat sacra religio, praesentis & aui
 Gloria: qua redijt uox patefacta Dei.
 Florescunt studia atq; artes: panduntur ubiq;
 Magnifici lua, & docta theatra scholae.
 Debita Apollineae redduntur praemia lauro,
 Et Mecoenates sacra poësis habet.
 Laurus erat uiridis quondam, nunc aurea surgit,
 Et sub tutela est numinis ipsa sacri.
 Sacra cadunt ultro Baalitica: ficta recedit
 Religio: hypocrisis prodita terga dedit.
 Pauca licet maneant ueteris uestigia fraudis,
 Et sua stet cuius degener herba solo.
 In noua Maonidae si corpora Musa rediret,
 Et plectro acciperet gesta canenda suo:
 Cerneret & CHRISTI latè splendentia regna,
 Illius & toto numen in orbe coli:
 Figmenta ingemeret Musarum operosa suarum,
 Si tantæ laudis conspiceretur opus.
 Iliada abijceret, Mosis si cerneret acta:
 Si rubri pelagi nosceret historiam.
 Non Ithaci errores caneret nomenq; Pelagum,
 Bellaq; pro Oebalia pellice gesta sua.

AD SALOMONEM.

Sed gentem Hebraeam per tot miracula magna,
Omnipotente Dei concomitante manu.
Lustris per deserta uaga introduceret octo,
In promissa atque regna beata suis.
Diceret Amramiden: caneret bella horrida bellarum
Prælia, serpentes, dira sepulcra, petram.
Ilion efficeret Chanaan: duodena referret
Hic tribuum capita, et nomina celsa Ducum.
Pro Ioue confecto staret uis summa IEHOVAE:
Proque penatibus en foederis arca sacri.
Vis superum magna hic NVBES IGNISQUE
(columnæ
Ponendis castris lucida signa darent.
Pro Maia genito, superum qui iussa referret,
Angelus astaret, Voxque uerenda Dei.
Arderet rubus: arderent fumantia Sinai
Culmina cum sonitu flammiumque tubis.
Pro fictis aris: pro religione Deorum
Ecce tabernaculum hic: uictima, liba, preces,
Pro sylua Alcinoi florentia regna uirerent,
Atque horti Engaddi, balsameusque frutex.
Cyclopum exprimeret gentem LOMLOME Apubes,
Stirpsque ENACHIM, quæ gens nomine sacra
Nulla operi illustri non hic illustria surgunt: (tremis
Nominis æterni hic gloria opusque datur.
Hæcine stet rerum series intactaque sylua
Artifices? uestram haud sentiat illa manum
Squaleat

Squaleat augusta hæc uaga per deserta uiarum

Maxima? non ullo autore legatur iter?

Tentonici uates magni, tuq; Itala pubes,

Non nisi magnificis nata uoluminibus.

Hæcine materies uestris non digna camoenis?

Viribus aut uestris non superetur opus?

Curtius in latio regnet proserpina uestro?

Regnet Alexander? regnet & Ascanius?

Thebai bisseuos uiuas uigilata per annos,

Diuinam AENEIDA en æmula docta colas?

Immissus Latio AENEAS, & debita fati

Attigerit natis regna relictæ suis?

Gens Hebræa lares non ingrediatur auitos?

Promissum patribus contigeritq; solum?

Nil desperandum CHRISTO duce & auspicio

(CHRISTO:

Magnum hoc nil duce, quod nō superetur, erit.

Tuq; adeo ingredi hoc iter ô FRENCELIA musa,

Carminis augusti hîc tela parata tibi est.

Infima linque alijs: tibi maxima maxima sume:

Vnica stet lauro hæc palma dicata tuæ.

Solue manu funem: pelagoq; immittere habenas

Incipe: da uentis carbasa laxa tuis.

At magnum Iliada est post magnū scribere Home-

Aut clauā Alcide hæc excutisse manu? (rū,

Magna quid hæc magnis? & quid non audeat ista

Indole præclara Musa beata tuâ?

AD SALOMONEM

Ad sunt ingenium: Vegetoq; in corpore vires
Aetatis flos nunc aureus ille tuae.

Atq; usu rerum insurgens prudentia maior:
Quotidiè accrescens impetus ille tuus. (meri
Atq; ut ut ad laudem hanc magni contendere Hoc
Quis desperet, et ad summa uenire neget.

Attamen est & honestum inter consistere turmas,
Ducere postq; istos tertia signa duces.

Aeacidae si cui nequeat contingere belli
Gloria: nūm nihil huic laus Diomedis erat?

Et si Mæonium nequeat quis consequi Homerum,
Tyrtaei locus huic sufficiatne parum?

Quin imo haec alijs potior si cura fuisset,
Si cunctis fuerit mens eademq; uiris:

Ne fore maiorem quis se sperauerit unquam
Hoc ipso, qui tum magnus habendus erat,
Illi ipsi haud essent magni, quos gloria magna
Extulerit, quibus aut credita palma fuit.

Nec post Lucretium et Mæcrū Maro maior adesset:
Nec iam post CRASSVM TVLLIVS
(ipse foret.

Non itidem post hos alijs. Sed transfiliendi
Spes ut ut haec alijs omnis adempta fiet.
Magna tamen laus est & gloria digna sequendi:
In medio palma hic omnibus æqua datur.

Multa tulit seclum præcedens: multa sequens hoc:
Rex idem cunctis Iuppiter atq; pater.

Plura

ERENCBLIVM.

Plura hodie retinet, quàm quæ impertiuerit olim;
Omnia si Andinus: nil quoq; Naso fuit.

Incipe: DIMIDIUM PLVSTOTO EST:
(incipe uates

Cæsarie: hîc laus est tota sepulta tua.
O mihi tam longos concedat Iuppiter annos,
Pars maneat uitæ atq; ista caduca meæ.
Spiritus hic donec promissa IOSEPHIAS ista
Prodeat, & tantum suscipiatur opus.

Non me deficiant encomia digna tuarum
Musarum: atq; operis gloria iusta sacri
Non Thamyris me Threptius: non carmine uincat
Phryx alter: de quo Marsya nomen habet.

Quamuis hic phoebum: quamuis hic carmine Mu-
Tentarit: poenis dignus uterq; suis. (sas

Atq; utinam è uobis aliquis uestriq; fuisset
Infima pars numeri Pegaseiq; fori.

Aut niuei pecoris custos in montibus altis,
Hoedorum hîc ubi stant continuata iuga.

Viciniq; olim compascua læta subibant
Pastores ueteres, ruricolæq; patres.

Cum ius pascendi fieret commune duobus,
Pessima nec diræ iurgia litis erant.

Otia securi traherent quando aurea ciuis,

Et GRIMMENSTENII culmina salua forent.

Hîc inter glauca canentia fronde salicta

Ad uirides alnos AEmilia ora tuas.

B 3

Nympha

Saltus
Bocksber-
gensis ca-
nonicis om-
limGotha-
nis ex te-
stamento
relictus,
suo ruri-
cinus.

AD SALOMONEM

Nymphæ ubi Musarum te nutriuere sub antris
 Ludentem plectris AEmyliane suis
 Aut inter tiliæ Vmbrosa cacumina magnas,
 Tityre te caneret tibia nostra gregi.
 Cum teneros agnos uiridi compellerem hibisco,
 Lambit ubi immisus Gotthica rura Linus.
 Cum uestigia me tum STIGELIANA tenebant,
 Et tanti attraheret patria culta uiri.
 Certè siue mihi furor hic, seu numina sacra,
 Seu quicumq; alius pectora motus agat.
 Splendidiorue locus foret, aut amplissima mundi
 Conditio, atq; altæ nobilitatis honos:
 Nil plectro mihi: nil Musis antiquius istis:
 Nil sacra poterit dulcius esse lyra.
 Hæc ueniente die, hæc me decedente uoluptas
 Detinet, & studijs consecrat ista sacris.
 Hinc nemus: hinc syluæ: nostriq; hinc gloria ruris.
 Et procul à strepitu uilla beata meo.
 At tu Augustalis, circumq; palatia regum
 O laure, æterno frondis honore uirens.
 Laure Palatinæ custos fidißima portæ:
 Laure triumphantis gloria summo comæ.
 Cinge tui crimem & Cygneia tempora uatis,
 Atq; immortalis hoc effer honore caput.
 Effer & incende ad sublimia gesta canenda
 Magnorum heroum, coelicolæq; Iouis.
 Vis tibi fatidica est: uis est quoq; lucis & ignis:
 Ignea flamma micat: fata secreta monent.

FRENCELIVM.

12

Carmine magnifico gesta illustrare potentum,

Eloquio arcana at pandere uoce dei:

Augustum officium diuinis uatibus esto:

Munus & utrumq; hoc diua poësis habet.

Laurifero hac uati SALOMONI nomine nostro

Gratissimum primum diua camoena refer.

Fortunam hinc letam & felicia fata precata

Viueret perpetuo, & rite ualere iube.

Mense Aprili, 1585.

LVDOVICI HELM-

BOLDI MULHVSINI,

lyrici Poeta.

IN CHRISTOPHORI VVINERI

Panegyrium sacrarum Decembrem.

ELEGIA.

Scripsit ephemeridas iamdudum plurimus autor,

Gregorio placuit nullius ordo papæ.

Condidit ipse nouum, quo nullus, ut ante, moratur:

Sed citius coepit quilibet ire dies,

Si potuit: sed quid dubito? papa iussit, in omnes

Lubricus immotum ius habet ille dies.

Scilicet excipitur nil, præter puncta, quot anni

Totius & reliqui temporis usus habet.

Quis scopus est facti? sacra tot corrupta per annos

Vult studio pessum corripiente dare.

B 4

Sed

HELMOLDI

Sed nec ei, quantam uult, temporis ulla potestas
 Est, neq; fastorum: Christus utrisq; praest.
 Festa panegyri^{os} testantur id & tua Musa,
 Menstrua quae uario carmine sacra canit.
 Non lutulenta, Papae cisternis qualia foetent:
 Sed uelut ex biblico limpida fonte fluunt.
 Prima december habet, mensis licet Vltimus anni:
 Quin ibi cum primis ultima sancta sonant.
 Publicus aduentus Solymaeam regis in urbem,
 Bethla cui patriam uirgine matre dedit.
 Cuius olympiaca reditus praedictus ab arce
 Instat, & ut uigilent sobria corda, monet.
 Talia mensis habet postremus, tantaq; sacra,
 Visa tibi primo carmine digna, placent.
 Nam duodenus ut est, ita qui duodena per ora
 Solus, Apostolica laude uehendus, eat.
 Aetherei solum gnatum patris atq; Mariae
 Praedicat: admisceas somnia nulla Papae.
 Perge, Decembre tuo minor est Nasonicus annus,
 Omnis & Hesiodi Virgiliq; dies.
 Nam quid ibi uerum, nisi naturale, docetur?
 Sordet apostolico fabula docto choro.
 Vfus ephemeridum melior Vuinere per omnes
 Esse nequit menses, quam celebrare DEVM.
 Frigidus est: malo tamen ad cunabula IESV
 Ferre, quod asperius cunq; December habet.

Quin

HELMBOLDI ELEG.

Quam sine conuictu pueri diuinitus orti
Cum Zephyris, Maio luxuriante frui.
Gaudia uentorum non sunt diuturna, recedunt :
Firma tibi CHRISTO gaudia dante. Vale.

Mulhusij Tyrigetarum
Anno CHRISTI
M. D. LXXXV.

IN EVNDEM DECEMBREM.

SAEpius antiquis tentata nouisq; Poetis
Carmine materies pluribus una fuit.
Ingenio sed dissimili uenaq; fideq; :
Ergo diuersum quisq; secutus iter.
Nemo tamen iusto famæ spoliatur honore,
Gloria de proprio cuiq; labore uenit.
Magna tuis ueniunt laudum præconia fastis
Carmeli uates maxime montis honor.
Et nisi densa superstitio tibi lumina mentis
Velasset, maior lausq; liberq; foret.
Maxima debetur CHYTRÆO gloria uatib.
Illius & merito fama perennis erit.
Namq; reuertentis benè tempora digere anni,
Lapsaq; sub terras orta q; signa canit.
Permistos diuis atq; idem temporis huius
Heroes celebres laude frequente uehit.

R. S. Curren

IN EVNDEM DECEMBREM.

Currentē modo (quod petimus) quoq; cōpleat annū,
Longior inoptum nec mora tardet opus.
De te quid referam VVINERE deserte? recen-
Namq; nouo fastos carmine, lege noua.
Hæc tibi quæ surgunt alia ratione dierum
Festa secutura pignora laudis erunt.
Posthuma teq; olim defunctum encomia tollent,
His uiues festis mortuus atq; tuis.
Sed tu CHRISTE tuo uitam concede poëtæ,
Ultima ne tantum sacra Decembris eant.
Ille tuæ saltem uitæ primordia cantat:
Adjiciant reliqui cœtera facta libri.
Librorum numerus paribus cum mensibus extet,
Et seruatus opus compleat ordo nouum
Cœtera nec lateant tua docta Poëmata: lucem
Aspiciant olim scripta uenusta precor.
Quicquid enim Latij Graijsq; in Saltibus unquam
Instar apis legit sedula musa piæ:
Versibus id reliquum, numeris concinnibus utens,
Non sine felici sorte poëma refert.
Seria conspicias quàm plurima: multa lepore
Plena leges digna cum grauitate iocos.
Casta poësis enim mellita placenta uidetur,
Vtile quæ dulci miscet: honesta probat.

LA. Ioannes Dinckelius Ecclesiæ
Coburgensis Pastor, & pro-
uincialis Superintendens.

DECEMBER.

habet dies XXXI.

Luna. XXX.

De	1	Eligij Episcopi.	Calend. Dec.
cem	2	Babianæ uirginis.	4. Non. Dec.
ber	3	Athlæ uirginis.	3. Non. Dec.
Bar	4	Barbaræ uirg. et Ma.	Prid. Nō. Dec.
ba	5	Crispinæ uirginis.	Nonis Dece.
Ni	6	NICOLAI episcopi.	8 Idus Dece.
co	7	Agathonis Martiris.	7 Idus Dec.
la	8	Concept. Mariæ.	6 Idus Dec.
i	9	IOACHIM.	5 Idus Dec.
et	10	Abundi Diac. Eulaliæ	4 Idus Dec.
al	11	Damasi papæ.	3 Idus Dec.
ma	12	Epimachi et Alexan.	Prid. id Dec.
Lu	13	Luciæ Otiliæ.	Idibus Dec.
ci	14	Solsti. hiemal. Q̄in p̄	19 Cal. Ia.
a	15	Valeriani episcopi.	18 Cal. Ia.
San	16	Ananiæ Azariæ Misa	17 Cal. Ia.
ctus	17	Adeleidis Imperat.	16 Cal. Ia.
ab	18	Vunibaldi abbatis.	15 Cal. Ia.
in	19	Nemesij Martiris.	14 Cal. Ia.
de	20	Amonis & Zenonis.	13 Cal. Ia.
Tho	21	Thomæ Apostoli.	12 Cal. Ia.
mas	22	Cironis Martiris.	11 Cal. Ia.
me	23	Dagoberti regis.	10 Cal. Ia.

do

DECEMBER.

do	24	Gregory presbijt	9 Cal.	Ia.
Nat.	25	Natiuitas Domini.	8 Cal.	Ia.
Steph.	26	Stephani Protomar	7 Cal.	Ia.
Io.	27	Ioannis Euang.	6 Cal.	Ia.
Pu.	28	Pueriorū innocentum	5 Cal.	Ia.
Tho.]	29	Thomæ cantuariensis	4 Cal.	Ia.
me	30	Dauid regis	3 Cal.	Ia.
Syl.	31	Sylneſtri Pape.	Prid. Cal.	Ia.

LECTORI BENEVOLO. S.

QUOD in his panegyribus mensium ultimus
 contra ordinem prodit primus : factum est
 amice lector, tum communi uulgariq; postil-
 latorum exemplo, qui fere omnes homilias suas ab
 hoc mense auspiciantur : tum uero maximè propter
 appendicem lyricorum carminum, ex odis Horatia-
 nis & cœteris Poetis Christianis ueteribus et re-
 centioribus attextam, ad quæ cum deinceps tam in
 hoc quam in reliquis mensibus usurpata carminum
 genera se referant, illa uero principio minus aptè
 conuenire uiderentur : ad calcem necessariò reijci-
 endam putauimus, quod de ordine præpostero monen-
 dum ~~fuisset~~. AEque igitur & benignè id Chri-
 stianus lector accipiet, quem in CHRISTO
 SALVATORE quàm dutissimè
 felicissimeq; uiuere & saluere
 iubemus

M. CHRISTOPHORI VVI-
NERI TYRIGETAE:

PANEGYRIVM
SACRARVM

LIBER XII.
DECEMBER.

PROLOGVS.

Summa poli linquens brumalia signa Decēbris
Sol subit, & partes Aegocerotis adit.

Tempore quo CHRISTVS descendit ab æthere
(summo,

Fitq; hominum minimus maximus ipse poli.

Bethlemides Musæ, quæ regia sceptrâ dedistis

Iesidæ, & sacræ plectra canora lyra.

Et latices fontis nostri misistis ODOLLAM,

Quando PHILISTAE O cinctus ab hoste
IEMBLIDAE celebri dictantes carmine nati (fuit

Natalemq; locum, magnificamq; domum:

Vnde genus stirpemq; nouam, cunâq; referret

Dux EPHRATAEIS exoriundus aus:

Vim mihi IEMBLIDAE Vatis concedite eandem,

Numine iam motus ingenerante rekos.

Tellus

LIBER XII.

Tollar humo, diuis deductus in æthera Musis,
 Inq; Ephratais sistar & ipse iugis.
 Bis nati referens cunabula regia CHRISTI;
 Qui genus è terris protulit atq; polo.
 Et terris hominis stirpem: alto ex æthere numen:
 Vt terras astris uniat atq; polo.
 Carminis hic finis supremus & ultimus esto,
 Carminis autorem concinuisse DEVM.
 Ille etiam uates, etiam pia carmina curat,
 Et Musas laudes uult resonare suas.
 Ille etiam infantum sibi uult ex ore parare
 Carmen, et infantum laus quoq; grata Deo est.
 Hinc quoq; cum bima uos balbutire cohorte
 Non pudet, infantum & psallere uoce melose
 Qui CHRISTVM canit, is lauri frondentis in
 Germina fert capiti non peritura suo. (æuum
 Quid si uel spinæ nobis de fronde coronam
 Contextat? quali cinctus & ipse fuit.
 Delphica quàm uersus ob lauri præmia fingam,
 Cum CHRISTO potius spinæ ferta geram.
 Tale tulit pro me, & stadio præcessit eodem,
 Iussit & augusto tramite signa sequi.
 Ultima meta meæ Musæ sit gloria CHRISTI,
 Qui spinam pro me passus & ipse tulit.
 Hic meus AVGVSTVS: MECOENAS: POL
 (LIO: DAPHNIS:
 Quemq; pio celebrè carmine PHOEBVS cri-
 si

Si tibi cum tali quid Mecoenate ferendum est,
Vno pro damno lucra trecenta feres.

CHRISTE meam linguā pariter mentemq; gu=
Ut tibi uox Musa sit quoq; grata mea. (berna,
Si Mecoenatem capio te CHRISTE benignum:
Nil stygis aduersæ fulmina cuncta moror.

S A N E G Y R I S.

I N I. A D V E N T V S.

C H O R V S.

Psal. 25.

Ad te creator omnium
Leuabo spiritum meum:
Deus meus, fiducia
In te stat omnis spes mea.
Non erubescam hostilibus,
Pudore uictus risibus:
Ne factio crudelium
Complodat in me gentium.
Qui namq; te suspirijs
Hic præstolatur anxijis:
Non sannionis improba
Suffunditur calumnia.

P V E R I.

Vias tuas tu prænia
Ostende nobis lumine.

Car: genus
2. in Iamb.
prudentij.
ut infra in
appendice
annotatū
est, ad quā
ubiq; car=
minū ge=
nera in
hoc libro
adhibita se
referunt.
quæ admo=
dum & in
sequenti

Chorus. bus.

L I B E R XXII

CHORVS.

**Et veritatis semitas,
Ne deuiemus, edoce.**

PVERI.

**Honor patri cum filio
Sacroq; sit spiramini:**

CHORVS.

**Vni Deo trinomini
A seculis in secula.**

PRESBYTER.

**Quaesumus omnipotens solitas Christe exere vires,
Aduentuq; tuo nunc properanter ades.
Vt peccatorum uinclis soluamur ab istis,
Implicitos quibus haec sarcina carnis habet.
Vt testi incolumes per te mereamur abire,
Saluati a cunctis te eripiente malis.
Qui cum patre simul, simul & cum flamine sancto
Regnas, atq; pari uiuis honore Deus**

APOSTOLVS.

Rom. 13.

**Gen. Iam= Sommo sat est datum: sat est uecordiae:
bici Hora= Tandem ista propellenda sunt.
tiani Bea= Scitote fratres in ista hora gratiae
tus ille. Veteris exuendus est.**

Victore

Viciniora sunt salutis tempora,
 Quàm nos uel ipsi credimus.
 Ahlata nox est, criminum occultatio:
 Dies coruscat lucida.
 Caliginis damnata cedat actio,
 Et lucis arma sumite.
 Decentur ambulare nos iam conuenit,
 In luce tanquam splendida.
 Non crapulosis heluationibus:
 Non Cyprijs cubilibus:
 Non emulationibus feruentibus
 Contentionis turgida:
 Christi sed induamur innocentia,
 Stolaq; I E S V candida.
 Carnemq; sic curate, ut abstinentia
 Seruetur à libidine.

CHORVS.

Ode Dicolos Tetraſtrophos.

DE ADVENTV CHRI-
 ſti in carnem.

Gentium uindex quot in orbe uiuunt.
 Celibis nunc uincula rumpe partus:
 Matris illæſus maneat (ſupendum)
 Virginis hymen,
 Non uiri de ſanguine nec cubili,

C

Mysti.

2. Gen.
 Choriamb.
 Horatiani
 Iam ſatis
 terra.

L I B E R X I I

Mystico spiramine sed superne
Fit patris uerbum caro: floruitq;
Foetus in aluo.

Virgo fit pregnant utero: pudoris
Integer cestus manet: enitescunt
Mille uirtutes: DEVS in theatro
Hoc sibi plaudit.

Prodit e matris thalamo, pudoris
Sede regali: gemine Gigasq;
Vsa pergit celebri per orbem
Tendere cursu.

Cursus illius fuit e supernis:
Cursus illius redit ad superna:
De polo sub tartara Ditis: inde
Rursus ad astra.

Par parenti robore CHRISTE magno,
Carnis cia accingere iam trophæo:
Corpus infirmum trahimus, potenti hoc
Robore firma.

Fulget en prae sepe tuum, nouumq;
Lumen e caligine splendet atra:
Nulla quod nox obtenebrat, perenni
Luce coruscum.

Sit patri laus debita, filioq;
Illius: cum flamine glorioso:
Qui fuit: quiq; est: erit atq; ab æuo
Rursus in æuum.

E V A N.

DECEMBER.

18

EVANGELISTA.

Matth. 21.

¶ propius uentum est, Solymi per iugera campi
Ad pingues hortos tardè crescentis oliuæ:
Qua se Betphagiæ tollunt sub collibus ædes:
Discipulos dominus binos emittit & inquit:
Ite ad castellum, qua proxima meta uiarum est:
Arcadicumq; pecus cum pullo fene legatum
Obijciet sese uobis: uos uincula colli
In nodum connexa manu dissoluite, & illud
Ocyus ad nostros usus adducite. Quod si
Inuentus fuerit, pecoris qui deneget usum:
Responsum date: sic domini res poscere uestri:
Verbum præterea nullum: quin sponte relinquet.

Accidit haud temerè hoc: & non sine numine
Ut sacra constarent diuini oracula uatis: (Diuum,
Ferte citi Solymes altæ sub moenia famam:
Ecce tuus tibi rex: rex mansuetudine plenus
Aduenit, inq; asina sese mitissimus offert,
Atq; super pullum iuga non renuentis asellæ.

Haud secus ac iussi faciunt: & præpete cursu
Discipuli peragunt mandantis uerba magistri:
Adducuntq; asinam, pullumq; iugalis asellæ:
Tum super imponunt Dominum. Sed plurima turba
Insternit terræ uestes: pars arbore casas
Supposuit frondes, & ramis occultit arua.

C 2

AE

Na

LIBER XII

At quæ præceſt, ſimul et quæ turba ſecuta eſt,
Voce triumphatrice canit: Victoria Chriſto:
Gloria uictori: ſit regia gloria noſtro:
Sit benediſtus, ait, ueniens in nomine ſummi
Exſcelſiq; Dei: ſit laus ſuper aſtra ſedenti.

PASTOR SUPPLEX CVM
Eccleſia.

AD CHRISTVM.

In gredere hęc etiam, noſtraq; in carne triumphas
Debellaq; hoſtes maxime Chriſte tuos.
Vt ſimili plaſu tibi ſpiritus obuiet in me,
Cumq; pio populo Pfallat oſanna ſacrum.

PANEGYRIS.

IN II. ADVENTVS.

CHORVS.

Audi Sion gens inclyta,
Propinquat en ſalus tua:
Saluator ille gentium,
Rex conditorq; ſiderum.
Vocis ſuæ iam gloriam,
Sonat per omnem eccleſiam:
Cum iubilationibus,
Cordisq; ueſtri plaſibus.

PVERI.

Pſal. 79.

DECEMBER

19

Psal. 79.

Qui rector Israelis es,
In tende : surge : respice.

CHORVS.

Qui ducis ut gregem Ioseph :
Dirumpe nubes : aduola.

PRESBYTER.

Quaesumus omnipotens genitor, qui sede superna
Respicias in populi subdita membra tui.

Excute de sommo sensus & pectora nostra,
Cordaq; fac nato nostra parata tuo.

Eius ut aduentu magno caligine tersa
Obsequijs tibi sint officiosa suis.

Qui regnas sine fine deus, uiuisq; per eum
Perpetuo cultu glorificandus. CH. Amen.

APOSTOLVS.

Rom. 15.

Quaecunq; fratres scripta sunt in biblijs,
Ad nos docendos scripta sunt.

Vt literarum spiritu atq; ductibus,
Spe roboremur inclyta

Subiectionis & solatij DEVS
In uosmet hoc sed conferat.

Vt mentis & conformitate affectuum
Christum sequamini ducem.

Quo praedicetis uno spiritu deum,
Qui filium dedit suum.

I. Gen.
Cor. in lā
bicis Hora
tianis. Bea
tus ille.

C 3

Qua

L I B E R XII.

Quapropter & uos inuicem amplectamini
Dilectione mutua.

In gloriam patris sui quemadmodam
Vos CHRISTVS ipse suscipit.

Is liberator utriusq; stirpis est,
Gentilis & Iudaica.

Iudaica: ut clementiam Dei patris
Intelligent hinc Ethnici.

Testatur ut scriptura plurimis locis,
In Esaie codice.

Illā die radix uirebit Isai,
Stabitq; signum gentibus.

Et sceptrā rex cū magnus ille proferet,
Spes gentibus surget noua.

Hic pace uos & gaudijs perennibus
Replere nunquam desinat.

Vt spes fidesq; uestra copiosa sit
Virtute sancti spiritus.

CHORVS.

Ode Dicolos Tetrastrophos.

DE SIGNIS ADVENTVM
Christi præcurrentibus.

Ætheris culmen prope desitutum:
Vltimi fatale chaos diei:
Nubibus CHRISTI reditum per astra
Signa loquuntur.

Signa

*Iudaeis: pro Veritate foederis
Quod fecerat cum patribus.
Gentilibus: ut clementiam Dei patris*

2. Gen.
choriamb.
Horatiani.
ut supra.

Signa non frustra rutilare iussa :

Signa : quod signent subitam ruinam :

Signa : mundo interitum perenni ^{quod}

igne mimentur.

Cursitant totum prodromi per orbem

Nunciij : terra, pelago, poloq :

Dra portentis humus ima : monstris

Horridus æther.

Crebra nimbis DEVCALIONIS undas

Seculum PYRRÆ fluitans per arua :

Arbores, sylvas homines, ferasq :

Terret & urbes.

Hæsit in summa modò captus ulmo,

Æquoris sulcans uada piscis ima :

Qua seges campis stetit ampla, NEREVS

Flumine stagnat.

Sibilant uenti fremitu boante :

Motibus tellus quatitur tremendis :

Corruunt palatia, tecta, turres,

Templa domusq :

Flammeus turbo rotat ima summis,

Arua lambens ignibus Vstulata :

Arbores præster media profundo

Tollit in altum.

Vidimus cœlo clypeos, globosq :

Lanceas, exercituum cateruas :

C 4

Pralio

LIBER XII.

Prælio structas acies cruentum
Stingere ferrum.

Ardet in cælo rutilante flamma,
Dirus horrendo intuitu per orbem
Regna turbans horribilo tumultu
Crine cometes.

Arma miscent Teutonicæ cohortes:
Flebilis currum rotat hinc Enyo:
Classicum Cocytia flammis *"dura"*
Clangit ab orco.

Bosphorum Thraces uolitant per æquore
Turcicas classes metuit VIENNA:
Imminent nostro capiti propinqui
Gogq; Magogq;.

Pontifex sæuit rabie minisq;:
Insidet templis ueluti Trinumen:
Vendit auro pallia, templa, Christum
Thura precesq;.

CHRISTVS, aræ, religio, fidesq;:
Caritas longè exulat orbe pulsa:
Barbaræ mentes Tanaim niuaalem
Frigore uincunt.

Crescit extremo impietas furore:
Omnis extincto pudor it pauore:
Seculum surgit Sodoma & Gomorrhæ
Crimine prægnans.

Luget in cælo iubar aureum sol.

Nubis

DECEMBER.

Nubibus condens caput obuolutum :

Luna fulgentes tegit atra bigas :

Sidera plangunt.

Ridet in terris, bibit, & triumphat,

Tibia Thyrrenus & utres saltans :

Euhyus cnisium canit : ore ludit

Histrionicam.

Diffluit risu, ioculatione,

Crapula, luxu, strepitu, chorisq; :

Poculis, lusu, uenere, atq; amore

Belua mundus.

Qualis antiqui status in diebus

Et NOAE LOTHIq; tenebat orbem :

Nubium quando cataracta montes

Obruit altos.

Talis extremi faciem diei

Præit heu frustra meliora sperat,

Seculo quicunq; inhiat sequenti

Tempora læta.

O nimis longo satiate ludo

Christe : qui tandem uenies ruentis

Arbiter seculi, ignouomos per enses

Iride iudex.

Rumpe mox nubes sonitu tubarum :

Letus & pande ô bifores olympi

Cardines : intret thalamum ut pudicum

Regia sponsa.

C S

Huange

LIBER XII.
EVANGELISTA.

LUC. 21.

Nec uero tacite hæc mundum subitura putant
Signa sed existent huius præfaga dici (dum:
In sole auricomis, luna & stellantibus astris.
Sol teget obscura nitidum ferrugine lumen:
Lunaq; sanguineum referet splendor cruorem.
Cernentur labi rutilantia sidera cælo.
Gentibus in uario terræ degentibus orbe
Ingruet horrida anxietas, & luridus horror.
Et mens attonito de sperabunda pauore.
Cum sonitu incipient crepitanti murmure fluctus
Misceri, feruetq; fretis stridentibus æquor.
Arescent homines, extabescantq; malorum
Horrore atq; metu, quæ conglomerata per orbem
Terrarum aduenient, atq; undiq; et undiq; surgent.
Namq; & cælorum uirtus commota crepabit.
Contremere incipient fundamina quassa polorum:
Conspicientq; ipsum uenientem in nubibus æthræ,
Robore cum magno, & cum maiestate tremenda
Ventre hominis uerū progenerū hominēq; Deumq;.

At uos tum signis fieri incipientibus istis,
Suspicite, & lætos ad sidera tollite uultus:
Nam propior uenit, et uicina redemptio uestra est.
Addidit & simile hoc. ficum cognoscite, dixit,
Nudatam folijs: uel sylvam fronde carentem?

Cum

Cum iam protrudit gemmas, tunicasq; relaxat:
 Indicijs instat nunquam fallentibus æstas.
 Si quoq; cum fieri hæc à me prædicta uidetis,
 Quæq; latent, paulo post rerum summa sequetur:
 Finis erit mundi, & uitæ melioris origo.

Iurans hoc testor, neq; me sententia fallit,
 Mansuras huius per tot discrimina rerum
 Reliquias gentis, donec facta omnia constet.
 Namq; erit, ut tellus: & quod tegit omnia coelum
 Stellifer & polus hic: elementaq; cuncta soluta
 In chaos antiquum redeant, nihilumq; ferantur,
 Aeterno & nunquam fatorum numine falso:
 Ad mea non ullos unquam mutata per annos
 Ore cadunt frustra sed perstant uerba per æuum.

At uos sollicitis attendite mentibus omnes:
 Luxuriosa gulæ rabies ne pectora uestra:
 Crapulaq; indulgens genio: & male suada uoluptas:
 Atq; animum ebrietas sublimi è pectore tollens:
 Ingluniesq; rapax: & portentosa uorago
 Gurgitis omniuori: atq; ab dominis alta carybdis:
 Extimulet brutos sensus, uentremq; profundum:
 Curaq; solliciti uictus: atq; ardor habendi:
 Transuersum abripiat mentes à tramite recto:
 Huius & incautos uos obruat hora dicis:

Nam uelut aërium in syluis genus omne uolum
 Porrectis cum iam securè uescitur escis, (crum,
 Obruit

LIBER XII.

Obruit in ictus laqueus, trahit atq; repente:
Sic omnes subito inuadet ceu fulgur ab alto
Terribilis clangor, fatalis & exitus orbis,
Terrarū quoscunq; homines tenet ambitus ingens.

Ergo preces uigiles, tensis ad sidera palmis,
Fundite: & insomnes noctes uigilate rogando:
Digni habiti, tantas precibus prouertere clades:
Ordine uenturas: & summi iudicis ante
Strare thronum, & uitæ dias excerpere uoces.

PASTOR cum populo supplex
AD CHRISTVM.

Cum prope nunc horis reditus tuus omnibus instet,
Siue superstes adhuc, seu tumultatus ero:
Cum reus ante tuum sistar pie Christe tribunal,
O uultu iudex nos misere uide.

PANEGYRIS.
IN III. ADVENTVS.

CHORVS.

Philip. 4.

Gaudete iugi gaudio
Cum canticis solennibus:
Cum plausibus: cum iubilis:
Cum gratulationibus.
Solenne tempus ingruit,
Salutis hora perstrepat:

Prope

DECEMBER.

23

Prope est Deus, quem queritis,
Timore quid uos angitis?
Puras manus attollite,
Pias preces effundite:
Oratione seruida,
Cumpunctione debita.

PERI.

Tellus tumet per te DEVS
Suis repleta fructibus:

CHORVS.

Captiuitatis horridæ
Tu libera nos compede.

PRESBYTER.

Quæsumus omnipotens genitor, concede piorum
Supplicibus uotis ex pietate tua.
Vt qui peccati laqueis captiua tenemus
Colla, sub antiquo deprimimurq; iugo:
Expectata diu noua per cunabula nati
Libera fiamus turba sacrata Deo.
Per tecum æquali regnantem fœdere CHRISTVM,
Cui sine fine decus, lausq; perennis eat.

APOSTOLVS.

I. Corinth. 4.

Qui cunq; iudicis uel arbitri boni
Partes tueri uult pias:

VE

T I B E R X I I I

Vt candidè de me meoq; munere
Sententiā pronunciet:
Christi ministrum me, Deiq; iudicet
Mysteriorum præsidentem.
Sed hic magis profectō nil requiritur,
Quam pura conscientia.
Quid uestra me uel territet uel roboret
Mortaliū sententia? (er:
Parū est mihi uel hunc uel hunc censeri
Non huius æstimo quidem.
Superbus, inquis: spiritus superba mens:
Non laudo, non me prædico.
Nihil quidem mali mihi sum conscius,
Sed absolutus haud ero.
Qui iudicat me, solus est uiuus D E V S
Scrutator ille cordium.
Non ergo iudicis locum aut sententiam
Sic ante tempus sumite.
Differte, uerus donec cœlo redit
Iudex futuri seculi.
Is luce clariora cuncta abscondita
Et corda pandet intima.
Tunc pro suis factis uabuntur omnibus
Labore digna præmia.

C H O R U S.

Ode dicolos Tetraastrophos.

Pro

PRO AGNITIONE CHRISTI,
& beata sede ætheris.

Stellarum atq; poli maxime conditor,
Errans in tenebris dirige seculum:
Vt CHRISTVM, aspiciat lumine spiritus,
Viui luminis auspicem.

Qui mundi interitum commiserans grauem,
Flammarum stygijs sub cruciatibus:
Naturam reparas sordibus obrutam
Missa pro genie ætheris.

Decurrente die uesperis ultimi,
Sponsus uirgineo prodiit e tora:
Delubri resopans uestibulum sacri,
Clausum quod manet illico.

Cuius magnificæ robora dextera,
Et tellus stupet & conscia sidera:
Curuantur genua huic omnia subdita
Terrarum: ætheris: & stygis.

Vergens Hesperium sol repetit salum:
Pallorem retinet Cynthia pristinum:
Normam perpetui splendida sidera
Motus te duce continent.

O uenture redux arbiter ætheris:
Oramus tua iam numina supplices:
Exemptos stygijs nos cruciatibus
Ad coeli trahere limina.

2. Gen. An
tispastici
Horatiani.
Scriberis
uario.

E V A N.

LIBER XII.

EVANGELISTA

Matth. II.

Postquam de factis CHRISTI iam fama per
Infima ferrati transiit carceris antra (ipsa
Baptistæq; aures grato sermone repleuit :
Discipulos geminos ad CHRISTVM mittit, &
Ut nodum soluat socijs dubitantibus istum: (orat,
Tu ne es, quem sacro correpti numine uates
Venturum cecinere pij, ter maximus ille
Promissus coelo uindex, & regius heros?
Aut aliunde salus miseris mortalibus ista
Expectanda uenit, quò nos quò CHRISTE re-
(mittis ?

Audiit hos placidè dominus, nec plura locutus
Ite, ait, & quæ sunt oculis hîc cognita uestris,
Ite modo, et uestro memores narrate magistro.
Amissum capiunt orbai lumine uisum
Incipiunt claudi rectos intendere gressus.
Curantur fœda correpti corpora lepra.
Ætheris expertes, & cassi luce resurgunt
Et quæ postratæ legis sunt fulmine mentes,
His Euangelij Dñox est medicina Salutis,
Languentem pascens cœlesti nectare mentem.
Et felix tandem : felix, Pius, atq; beatus,
Quem non offendit mea contemptissima mundo
Effigies humilis, non uano splendida fastu.

Postquam

Postquam discedunt, praesens ne fluctuet agmē,
 In dubiumq; uocet quærentis uerba Ioannis,
 Tonquam iam nutet, dubio uel pectore credat.
 Quæ prius ingenti de CHRISTO edixerat ore:
 Incipit & populi labentia pectora firmat,

Ecquid in arentem uisuri existis eremum?
 Nunquid arundineam uariæ borealibus auris
 Ventorum cupitis iactatam cernere annam?
 Murice uel tinctorum coopertum ueste uidere?
 Molliculis cincti lanis, & pelle lupina,
 Vulpibus obducti regum uersantur in aulis.

Aut qui uos ardor deserta subire coëgit?
 Cernere num uultis patrum de gente prophetam?
 Quin imo edico uobis: præstantior hic est.
 Quàm uates fuerit uel præstantissimus unquam.
 Namq; hic est, de quo testantur uerba propheta:
 Præuius ecce tibi meus angelus ibit, & omnem
 AEquato planum faciet tibi tramite callem.

PASTOR cum populo supplex

AD CHRISTVM.

Messiam ueluti sine te non nouimus Vllum,
 A quo spes omnis nostra salusq; uenit:
 Sic ubi Baptista pro te fortuna ferenda est,
 Da quoq; baptista nos pia fata sequi.

D

Panc-

LIBER XII.
PANEGYRIS.
IN III. ADVENTVS.
CHORVS.

Esa. 48.

Rorate cœli desuper,
Nubesq; iustum depluant:
Reclude mater incluta
Telluris alma viscera.

Suisspirijs quod omnium
Desideratum est gentium:
Germen salutis nobile
Ostende, profer, exhibe.

PVERI.

Psal. 18.

Orbes poli decemplicis
Dei loquuntur gloriam.

CHORVS.

Et ætheris tentorium
Stupenda dextræ annunciat.

PRESBYTER.

Quæsumus omnipotens Solitas Christe exere vires,
Exere uictricem sceptriferamq; manum.
Atq; ades auxilio nobis uirtute potenti,
Per massæ assumptæ prælia magna tuæ.
Vt quod peccatis nostris non possumus ipsi,
Robore naturæ deficiente male;

Accelcret

DECEMBER.

Accelcret nobis tua propitiatio magna,
Et uenia indulgens impetret ante DEVM.

Quicum patre simul: simul et cum flamine sancto
Regnas atq; pari uiuis honore DEV S.

APOSTOLVS.

Philip. 4.

Letamini, letamina carissimi:

Nouum sonate gaudium.

Cum canticis: cum iubilationibus

Et angelorum uocibus.

Sit Spiritus uestre modestie omnibus

Notus probe mortalibus

Prope est DEV S: propinqua sunt solennia

Natiuitatis gaudia

Facebat ægritudo mentis anxia,

Querela cesset improba.

Curæ procul tristes eant: procul metus

Lamenta cuncta concidant.

Deuota nunc con: surgat inuocatio.

Frequensq; supplicatio.

Vestra preces ut publicæ sint ad DEVM.

In omnibus congressibus.

Et pax DEI: pax numinis: quæ sensibus

Nescit capi mortalibus:

Custodiat uos, atq; uestra pectora,

Fundata IES V, in nomine.

D 2

Chorus

LIBER XII.

CHORVS.

De Dicolos Distrophos.

DE ADVENTV GRATIAE PER
Euangelium, & regno Christi per orbem terrarum
amplificando, & propitiatorio illius sacrifi-
cio, contra Iudaeos & indulgentia-
rios. *Q*

Q Christus adest: monuere typi, monuere prophetae:
Signa Deum nocso per sua: Christus adest.
Praecursor praet Thesbites: clangit eremi
Buccina: praconis uox manifesta sonat.
Vox petras scindens, & in intima sanguinis usq;
Viscera percurrens, cor mediumq; secans.
In morem ancipitis gladij, qui diffecat ipsa
Ossa medullarum, transadigitq; animam.
Depressae ualles conuexa ad sidera surgunt:
Aerij montes Tartara ad ima cadunt.
In solidum & rectum, quae sunt obliqua, feruntur:
In planas abeunt aspera tesqua uias.
Lumina caeca uident: aures panduntur opertae:
Balborum insipiens lingua Deumq; canit.
Loripedes celeri cursu cum tigride certant:
Hinnulus est saltans qui modo claudus erat.
Qua steriles arent campi sitientis eremi:
Spumeus exortis fontibus amnis abit.

In

In liquidas conuersa abeunt loca sicca paludes :

Melliflua ē rigidis defluit unda petris.

Quæ serpentis erat sedes, atq; aspidis antrum :

Caula gregis nunc est, floriferumq; iugum.

Planicies noua sanctorum, quam turba beata

Non magis immundo tangit ut ante pede.

Iam lupo atq; agnus sylua pascuntur eadem :

Pardus cumq; hoedis, cumq; moratur oue.

Fronde sub arborea leo nunc requiescit in umbra,

Graminis & comedit pabula more bouis.

Cum canibus timidi sociant conuiuia damæ,

Nec magis insidias, nec fera bella mouent,

Ignitione Dei tellus iam tota repleta est,

Aggeribus plenis spumat ut unda maris.

Omnis Bethabaram Solyme petit : omnis ibidem

Exiit antiquæ labis in amne notam.

Maestas Christi iam fulget ab æthere magno,

Omnis terra Deum conspicit atq; caro.

In medio est, quem non ratio, non maximus orbis

Novit, & humanum non capit ingenium.

Euigila dilecta Sion: tua lumina tolle,

Abijce Messie somnia uana tui.

Hostia Christus adest noua: nunc est carne litandum

Humana: nihil hic uictima bruta ualet.

Nil pecorum sanguis: nihil incensorum hecatombæ:

Nil Aaron: nihil hic ipse Leuita ualet.

LIBER XII

Victimæ uiua uenit: quæ nostra piacula tollit,
 Quæ cælum ingreditur: uictima uiua uenit.
 Non lex: non Moses: non pontificalia sacra:
 Thuribulum: hyssopus: lana cruenta: cinis:
 Non uituli sanguis: non emissarius hircus:
 Non diras tollit bucula rubra tuas.
 Pontificatus adest nouus hîc: nouus ipse sacerdos:
 Statq; nouum templum: fœderis arca noui.
 Præterire typi: corpusq; apparuit ipsum:
 Viuaq; iam uiui fluminis unda scatet.
 Non auro aut precio cælum uenale putandum est:
 Non hominum meritis astra polusue patent.
 Unus Saluator tantum est, unusq; redemptor:
 Unicus & mundi propiciator adest.
 Sanctorum nequeunt suffragia uana beare.
 Quisq; fide propria iustificandus erit.
 Quod si lytrotenses negat ipse Ioannes,
 Quo mdior uates nullus in orbe fuit.
 Sed simul ad Christum, cunctos deducit, & omnes.
 Hunc petere: huc omnes confugere ipse iubet:
 Quid tanto nugas uendit promissor hiatu.
 Gregorius bullis Statue manetue suis?
 Quid reliqua in terris sanctorum turba ualebit?
 Quid meritis fidit bullifer ordo suis?
 Bulla Papæ nihil est: nihil indulgentia Petri:
 Gratia stat solo sanguine CHRISTE tuo.

Euangelii

DECEMBER
EVANGELISTA.

28

Ioan. I.

Hæc in conuentu, solenni more coacto,
Publica de Christo est confessio magna Ioannis:
Quando sacerdotes, tumidosq; in lege leuitas
Concilium Solyma legatos misit ab urbe,
Talibus orantes causam: tun² regius heros
Vinctus & ille dei es, magnum uenturus in orbem?

Et confessus ait: non hoc non arrogo nobis
Diuorum genus excelsum, nec nomina tanta
Officiū me gero: sed longis passibus illum
A tergo sequor, et uestigia pronus adoro.

Nunquid es HELIAS, fatis quoq; debitus orbi,
Ante dies domini quam desuper ingruat ingens?
Vt sese negat hunc: quæsitum pluribus ultra est
Anne sit antiqua patrum de gente Propheta?
Respuat hoc etiam, nec uatis sumsit honorem.

Tum uero hortantur fari quo numine missus
Venerit in terras, & quo senomine iactet,
Debita quo dentur patribus responsa coactis
Tum sic orsus ait, rupitq; hanc pectore uocem:
Sum tuba præconis, uasta quæ clangit eremo:
Namq; parate uiam domino, ceu regius ille
Amoides dudum correptus numine dixit

Et quæ missa fuit legatio credita sectæ
Scribarum fuit, et Phariseæ gentis alumna,

D 4.

Inq;

LIBER XII

Inq; nouas furias conuersa ita fulminat ore:
 Cur patrios igitur transgressus apostata ritus
 Ausus es hic latices sacratae effundere lymphae?
 Cum neq; sis Christus: neq; raptus in aethera curru
 Thesbites: missus diuum nec uoce propheta?

Tum sic baptistes: equidem lustralibus undis
 Abluo uos inquit: sed nunc nunc prodiit ipse,
 Constat & in medio, uobis haud cognitus, heros.
 Ille est, qui postquam nostro se iunior ortu
 Extulerat, superat nostros antiquior annos.
 Cuius ab ingenita, natalis origine mundi
 Constat, & haud tanto miserum me dignor honore,
 Calcibus ut soluam succinctam seruus alutam.

Hæc in Bethabara, scriptura teste peracta
 Constat, ubi populum Iordanis in amne Ioannes
 Iure salutifero lustralibus abluit undis.

PASTOR SUPPLEX

cum populo.

AD CHRISTVM.

Intrepidè ueluti temet baptista fatetur,
 Et sectæ aduersæ nulla pericla timet;
 Sic ubi uulganda est etiam confessio nobis,
 Da tibi nos nostram Christe probare fidem.

P V E R I.

○ Christe Emanuel: ô rex: ô legifer alme
 Beata gentium salus.

Ad

DECEMBER.

23

Ad nos fasuandos tandem descende ueniq;
Monarcha noster & Deus.

PANEGYRIS.

IN XXI. DECEMBRIS,
Diui Thomæ Apostoli.

CHORVS.

Plantatus in domo Dei
Sic indui me fructibus:
Onusta sicut pendulis
Oliua turget frondibus.

Speroboratus inclyta
In numinis fiducia:
Expecto nunc cœlestia
Promissa uitæ præmia.

Bonum est: bonum & laudabile,
Te confiteri strenuè,
In congregationibus
Ecclesiæ solennibus.

PVERI.

Quid gloriare? quid tumes
Malignitate pessima?

CHORVS.

Qui roboris potentiam
Iniquitate possides.

PRESBYTER.

D S

Oramus

LIBER XII.

Oramus te magne Deus, concede piorum
Supplicibus votis pro pietate tua.
Ut dum lux hodiè Dydimi festiua recurrit,
Qua Thomæ pia plebs annua sacra colit,
Annua sic eius solennia festa colamus,
Mensq; pia obsequijs ferueat usq; tuis.
Illius ut fidei nobis confessio magna
Exempli sit norma sequenda pij.
Qui regnas sine fine Deus, uiuisq; per eum
Perpetuo cultu glorificandus. Amen.

ECCLESIASTICVS.

Cep. 15.

Beatus ille, sacra qui mysteria
Noctes diesq; ruminat.
Et sedula tractatione feruidus
Scrutatur illa gnauiter.
Qui uiribus contendit omnibus suis
Ut integrè hæc intelligat.
Huic obuiam diuina curret gratia,
Ut blanda mater filio.
Pudica sicut sponsa porrigit manum,
Vlnisq; sponsum amplectitur.
Cibabit illum pabulo Scientiæ,
Nectarq; uitæ porriget.
Quæ robur illi conferant, ne corruat
Errore lapsus deuius,

Sed

Sed rupis instar erigetur in pedes,
 Nec amplius mouebitur.
 Supra suos locabit illum proximos
 In congregationibus.
 Et in corona multitudinis sacræ
 Os eloquens illi datit.
 Splendente cingens illius limbo caput.
 Stola perennis gloriæ.

CHORVS.

Ode Dicolos Tetraastrophos.

DE DVODECIM APOSTOLIS

Clare bisseum procerum magister:
 Christianarum moderare vitam
 Gentium, ritusq; sacros sub una
 Lege per orbem.

Tu rudes primum ex horijs uocasti,
 Dans eis regni solium per orbem:
 Sternerent regnū ut Satana & malorū
 Semina morum.

Non per armorum Strepitus ahenū,
 Voces sed uerbi gladijs & oris:
 Dignius quo non aliudue summum
 Munus in orbe est.

Petrus & Paulus: Simon & Ioannes.
 Mattheus, Thomas, gemini locabi.

Andreas

LIBER XII.

Andreas, Thaddæus, & en Philippus,
Bartholomæus.

Inclyti hi sunt SCIPIADAE & CAMILLI,
Occidens & quos oriens parentes
In fide Christi colit, atq; habere
Gaudet in orbe.

Ergo te dux inclyte nunc rogamus?
Spiritu tu pectora nostra sacro
Flecte: sincere ut tueamur horum
Dogmata patrum.

EVANGELISTA

Iohan. 21.

At Thomas unus bissonæ ex agmine turbae,
Cui Dydimi cognomen erat, quo tempore Christus
Adfuerat, clausas præsens ingressus in ædes,
Forte aberat: non longè adeo digressus ab illis
Cui reliqui dominum uiuum iactantq; feruntq;

Ille sed auerso simul omnes increpat ore:
Siccine uos facies eadem, aut eadem impulit umbra,
Deceptosq; adeo simulacri fallit imago?
Ne lucem à tenebris: uitam discernere morte
Possitis, uel tanta animi fiducia uestri?
Tam facilisne uia est, superasq; regressus in auras?
Quin imo melior mihi mens contraria perstat,
Vt nisi uisa mihi clauorum signa recurrant:
Effossum intuear latus: hanc dextram ipse recondã

IN

In latus : his digitis tangam dextramq; pedesq;
Vera fides uerbis nunquam persuadeor istis.

Hinc postquam roseis aurora octava quadri-
Prodierat : iunctis bisseis intrat I E S V S, (gis
Occlusis foribus, medio & stans agmine dixit:
Saluete, & uestris iterum pax mentibus esto.
Hinc ait ad Thomam : digitorum extrema tuorum
Porrige, & ecce manus nostras: dextramq; reconde
In latus hoc nostrum, nec Thoma incredulus esto.

Vt iuuenem aspexit uenientem, & uulnera cir-
Cuncta amens uidit: monstris exterritus istis (cum
Dirigit uisu in medio: calor ossa reliquit :
Labitur, & longè uix tandem his uocibus insit:
Vera adeo effigies, uerus mihi nuncius ipse es:
Nate Dei: ô sanctum caput: ô mi rexq; Deusq;
O cruor: ô plagæ testes: ô diua cicatrix:
Surrexti uerè tumulo rediuiuus ab isto.

Cui Christus: quia me uidisti, credis & ipse.
Felices tamen hos, iterumq; iterumq; beatos:
Qui, quæ non oculis capiunt, ea mente prehendunt,
Credere nec dubitant, quamuis credenda nec adsint.

Restant multa alia è factis insignia Christi,
Quæ fecit dominus, procerum spectante corona:
Nullis indicibus: nullis signata tabellis.
Hæc uerò sunt scripta stylo, credamus ut omnes
Hunc Iesum uenisse Siloh, Christumque tonantis:
illius

LIBER XII.

Illus ut meritis & dira funere mortis
Aeternæ post hæc capiamus munera uitæ.

PASTOR SUPPLEX.

Cum Populo.

AD CHRISTVM.

Vnica Christe salus, Spes & fiducia nostræ:
Splendor et effigies: uiua & imago patris.
Te quoq; cum Dydimo dominumq; Deumq; fatemur,
Numen adoramus magnificumq; tuum.
Tu Rex tu dominus: tu propitiatio nostra es,
Non alius præter te mediator adest.
Supplicibus uotis toto te corde rogamus,
Atq; tui cadimus numinis ante thronum.
Hanc uerbi lucem: hæc fidei tu robora serua,
Flaminis atq; auge mystica dona tui.
Et Satanae technas, cultusq; elide superbos,
Qui meriti spernunt lytra cruenta tui.
Et tua perpetuo stet propitiatio magna,
Duret & officij lausq; decusq; tui.

PANEGYRIS.

INVIGILIA NATIVI-
tatis. Christi.

CHORVS.

Ingruente luce
Hæc scietis omnes:

Quod

DECEMBER

32.

Quod salu tis arbiter
Se Deus polo exeret.

Ille uos beatos
Sorte reddet omni
Illiusq; gloriam
Crastino uidebitis.

PVERI.

Plenitudo terræ
Est Dei uniuersa.

CHORVS.

Incolæq; cuncti,
Ambitum per orbis.

PRAESBYTER.

Qui nos redemptionis annua Deus
Festinitate recreas.
Largire quæsumus, tuum quo filium
Nostræ salutis auspicem.
Quem gratulatione læti debita
In carne fratrem agnoscimus.
In ultimo aduentu diæi nouissimæ
Non sentiamus iudicem.

PROPHETA.

Es. 62.
Monocolon.

Propter

LIBER XII

Iamb. Tri. Propter Sion non amplius tacebo.

catalecti= Propter Ierusalemq; non quiescam.

ci Hippo= Dum prodeat ceu splendor ille IVSTVS.

naëti co= Instarq; lampadis REDEMPTOR eius.

lubri. pua= Et tunc tuum IVSTVM populi uidebunt

lis secun= Et INCLYTVM reges tuum uniuersi.

duſ odæ 4 Vocabitur tibi nouumq; nomen.

Horat. lib. Quod os dæ dedit tibi sacratum.

I. Tra= Vt gloriæ in manu Dei corona

hantq; Sis & diadema gentium per orbem.

ficcas. & c. Non derelicta nuncuperis ultra

Deserta uel tellus uoceris eius.

Sed hoc tibi nomen : Dei uoluntas.

Et tota ciuitas tua incoletur

Nam munda sordibus Deo placebis.

CHORVS.

Iam natus ante secula

Dei parentis filius

Expers simulq; originis

Omni carensq; termino.

Per quam fuere condita

Tellus poli q; sidera.

Et uorticosa flumina

Et uniuersa animalia.

Per quem diei tempora,

Horæ labantq; pondera:

Et

DECEMBER

33

Et rursus in se motibus
Reciprocant perennibus.

Quem uoce laudant consona
Coelestium mille agmina:
Consortibusq; uocibus
Ad alta tollunt sidera.

Nunc absq; labe criminis
Mortale corpus induit:
Primi parentis ut scelus
Lasciuiaq; tergeret.

Adaucta longitudine
Testatur id praesens dies:
Sol luce Christus ignea
Mundi tenebras depulit.

Iam nox uacat caligine
Splendore sideris noui:
Magosq; terret anxios
Astri figura lucidi.

Gregum magistris horridis
Lumen polo ingruit nouū:
Et claritatis gloria
Humana stringit lumina.

Gaude parens deipara
Quam casta cingunt agmina.
Et obstetrix DEI chorus
Circum stat igne lucidus.

E

O nate

Et

LIBER XII.

Domine patris unice,
Proles beata uirginis,
Mortale factus organum
Tuos sive iam supplices.

Quorumq; factus particeps.
Consorte carne cinctus es:
Dignanter horum Suspice
Fletus precesq; supplices.

EVANGELISTA.

Matth. I.

At genesis Iesu Christi hoc se protulit ortu:
Cum genitrix eius iam desponsata Iosepho
Omne pudicitiae ius intactumq; pudorem
Virginitatis adhuc diuini seruaret ad aras:
Comperta est uirgo grauidae spiramine sancto.
At quia uir bonus et iustus fuit ipse Iosephus.
Nil grauius quicquam uoluit statuisse, quod esset
Triste uel exemplum, uel honestae iniuria famae:
Sed sponsa statuit clam discessisse relicta.

Talia cum longa meditatus nocte fuisset,
Et saepe ancipiti staret sententia mentem:
Angelus ecce Dei in somnis apparuit illi
Talibus exorsus: Sate Iesae stirpe Iosephe,
Ne thalami Sociam metue assumfisse Mariam.
Nam quod ab hac genitum uita primordia ducet,
Flamine conceptum est sancto, ui numinis ipsa.

At

At natum pariet, quem rite uocabis Iesum:
 Is siquidem uindex, & uestri sanguinis ultor
 SE SOLVATOREM ostendet: cadet hostia uestra
 Pro scelere, et tollet scelerati crimina mundi.

Hoc ideo factum est, ut compleretur id ipsum
 Quod dudum sacri cecinere oracula uatis:
 Ecce puella nouo tumidum geret ordine uentrem
 Et sacro partu prolem dabit: Emanueli.
 Nomen erit puero: quod si quis reddere fidus
 Interpret uelit, est: nobiscum numen, & ipsa
 In forma serui deitas apparuit alma.

Ergo experrectus somno mandata Iosephus
 Perficit, ut domini praece erat angelus ipse.
 Asciiuitq; suam sponsam, quam duxerat ante.
 Nec cognouit eam, sed uirginitatis honorem
 Reddidit incolumen, donec iam libera partu
 Prototocum peperit, quem nomine dixit Iesum.

P A T O R S V P P L E X.

Cum populo.

A D C H R I S T V M.

Laus tibi Christe deus, quod pro me natus es infans,
 Et de carne mea factus es ipsa caro
 Te precor assumtae tua per cunabula massae,
 Tu quoq; saluator noster ut esse uelis.

LIBER XII.
PAINEGYRIS.
IN XXV. DECEMBRIS IN
aurora natalitiorum Christi.

CHORVS.

Esa. 8.

O diua mater Memnonis
Aurora surge fulgida:
Torum senilem desere,
Bigasq; scande luteas.

Ostende nunc ab æthere
Fulgoris aureum iubar:
Promissa per tot secula
Ne differ ultra gaudia.

Hac luce lux ab æthere:
Effulget in caligine:
Deus deorum natus est,
Saluator & rex Israel.

Mirabilis uocabitur,
Princepsq; pacis inclytæ:
Parens futuri seculi,
Non sceptrâ fine finiens.

PVERI.

Deus decorem indutus est:
Regnabit & cum robore:

CHORVS.

Intratq;

DECEMBER.

35

Intratq; cum formidine,
Virtute cinctus regia.

PRESBYTER.

Omnipotens genitor, per quem sanctissima nox hæc
Luce tui iubaris splendida facta fuit.
Da precor, ut cuius lucis mysteria magna
Ad nati cuna emicuere tui:
In coelo illius radijs & luce fruamur,
Cum plausu æterno letitiaq; noua:
Per tecum æquali regnantem numine Christum,
Terrarum imperium qui tenet atq; poli.

APOSTOLVS.

Ebræ. I.

Crebro Deus quondam modisq; plurimis
Cum patribus locutus est.
Nunc uisione: nunc typo: nunc somnijs:
Sermone nunc prophetico.
At his diebus seculi nouissimi
In filio locutus est.
Per quem creauit arte mundum dædala,
Quem fecit heredem omnium
Qui cum character illius substantiæ
Extetq; splendor gloriæ.
Creatæ sustinens ubiq; singula
Verbo potentiæ suæ:

Sab. 7.

3 E Num

itq;

LIBER XII.

Nunc expiatione facta criminum
Effusione sanguinis.

Ad dexteram patris pari potentia
Consedit incoelestibus.

Tanto poli præstantior Quiritibus
Factusq; iam sublimior.

Quò nomen excellentius præ singulis
Hæreditavit angelis,

Psalm. 1.

Cui namq; dixit angelo: tu natus es
Meus: perenni gloria

Æternitatis ante cuncta secula
Te filium edidi pater.

2 Reg. 7.

Rursumq; : me patrem suum cognominat,
Erit mihi ipse filius

Quem digniore collocabimus throno
Cui subditi sint Cælites.

Psalm. 96.

Qui frena mundi cum regenda filio
Regumq; sceptrâ subiecit

Parebit illi totus inquit, ambitus,
Eumq; adorent angeli.

Psalm. 103

Quos cum citat uocat ministros flammeos,
Paresq; uentis Spiritus.

Sed filij firmans thronum, tali modo
Locutionis utitur :

Psalm. 44.

Formosus es præ cæteris: tu candidas
Præ filiis mortalium.

Tuo

DECEMBER.

34

Tuo sedent in ore blandæ Gratia,
 Pitō³ ~~am~~ labris aureis
 Aeternitatis absq; termino Deus
 Thronus tibi firmatus est.
 Sceptrū tuum directionis scipio est,
 Et æquitatis uirgula.
 Integritatis æstus incendio,
 Iniquitatis osor es.
 Hinc præ tuis consortibus numen sacrum
 Vnxit te oliua gaudij.
 Et: stat suo librata terra pondere
 Dextræ tuæ potentia.
 Axes poli: grauesq; mundi cardines:
 Et pulcra Coeli sidera:
 Sol aureus: roransq; nocte Cynthia
 Iubarq; fulgens Hesperij:
 Pigri Bootæ plaustra: Eoæ Atlantides
 Opus tuum se iactitant.
 Ipsi peribunt ut teruntur sformata
 Decursa motibus uagis.
 Sed autor ipse permanebis omnium
 De seculis in secula.
 Conuersa sicut innouatur diplois:
 Sic innouabitur polus.
 Tu solus expers es uicissitudinis
 Dies tui non defluunt.

Psal. IIQ.

4 E

Chorus

Tuo

LIBER XII.

CHORVS.

Ode monocolos Tetrastrophos.

**DE NOVA CHRISTI NATIVI-
tate & incarnatione.**

Eia colamus laudibus

Huius diei gaudia :

Pulsis redit qua noctibus

Superna cœli gratia.

Caligo noctis transiit,

Fulgere iam lux incipit :

Amota sunt uelamina

Nostræq; culpæ tegmina.

Enixa mundo parturit

Regina cœli regulum :

Horrenda quem styx contremitt,

Et mortis horret spiculum.

Antiquus anguis congemit ,

Vultus Draconi concidit :

Quàm mallet ut non editus

Esset Mariæ filius.

Adam ligatus soluitur,

Surpentis aula frangitur :

Quem reductam splendida

Poli tenent ouilia.

Exultat ergo militum

Exercitus cœlestium :

Quod

Quod est reperta, perdita
Et dena drachma reddita.

Oculpa felicissima,
Redemta qua sunt secula:
Creator omnium DEVS
Iam noster est fraterculus.

Assumpsit id, quod non erat:
Permansit id, quod tunc erat:
Et quod semel nunc induit,
In seculum non exuit.

Audiuit an quis talia?
Quis legit his equalia?
Pastor uenit pijsimus
Ouesq; querit perditas.

Vt miles astat casside,
Pugnatq; pro te cuspide.
Succumbit hostis, propria
Victus cadit per spicula.

Tela hæc, quibus confisus est,
Victor suis partitus est:
Diuisa nunc sunt spicula,
Tricepsq; capta bestia

Hæc pugna Christi maxima,
Nostra est salus uerissima:
Nostramq; nos in patriam
Duxit per hanc uictoriam.

L I B E R XII
E V A G E L I S T A .

Ioan. I.

Principio ante operum formas, resq; ante creatas
Ore perenne loquēs sermo perēnis erat
Numen apud sumum consistens numen & ipse,
Idq; fuit Verbum, quod fuit ipsa Deus.
De deitate Dei Deus: et Deus in deitate?
Persone salua proprietate suae.
Vt Deus ex æuo: sic Verbum extabat ab æuo:
Nec prius ante Deum posterumue fuit.
Hoc in principio fuit ante exordia mundi,
Numen apud trini simplicis atq; Dei.
Omnia sunt, quæ sunt in mundo, facta per illud.
Nil factum hoc ipso non operante fuit.
Vis anima, & vitæ vigor extitit omnis in ipso:
Vitaq; lux hominum de super illa fuit.
In tenebris fulgens, sed non comprehensa tenebris:
Vsq; adeo tenebris mundus opertus erat.
Missus homo fuit à Superis, cui nomen amicum
Imposuit blando plena fauore Charis.
Hic testaturus de lumine uenit: ut omnis
Iustificam per eum possit habere fidem.
Non tamen ipse fuit uel lux uel uita Ioannes:
Missus testandæ nomine lucis erat.
Et lux lux erat hæc uerissima: quilibet à qua
In mundum ueniens irradiatur homo.

In mundo fuit hoc: & mundus hic extat ab ipso:

Nec tamen à mundo cognitus ille fuit.

At quicunq; animis illum excepere paratis,

Prompti terrenas deseruisse uias.

His patefacta uia est, qua scandere ad aethera coeli,

Eq; polonasci germina sancta queant.

Non ex sanguinibus: celsaq; propagine carnis

Ex solo geniti, non aliunde Deo

Et LOGOS hic hominum moribundos induit artus

Mortalis nostro nomine factus homo.

Hic humilis habitare castas dignatus & oras,

Eius & à nobis gloria uisa fuit.

Gloria quam soli propriam sibi uendicat illa

Vnica progenies ex deitate patris

Progenies, uenia & diuino plena fauore:

Progenies, ueris non nisi plena bonis.

PASTOR SUPPLEX

Cum populo

AD CHRISTVM.

Quas tibi quas tali reddam pro foedere grates?

Quod simul & Deus es Christe simulq; caro.

Quàm despecta tibi caro nostra sit ergo redemptor?

Ante assumpta tibi sordeat ipsa caro.

PANEGYRIS. II.

AD SVMMAMMISSAM

nauiuitatis.

Chorus

L I B E R . XII.

C H O R V S.

Esa. 9.

En natus est heroide

Nobis puer de uirgine:

Et filius de regia

Nobis datus prosapia.

Sceptrum poli cum fascibus

Dextra tonante sustinet:

Magnaq; nuncupabitur

Legationis angelus,

P V E V I.

Psal. 97.

Cantate regi siderum

Cantate canticum nouum.

C H O R V S.

Stupenda fecit omnibus

Miraculosa gentibus.

P R E S B Y T E R.

Gloria celsa Deo: super excelsissima mundi

Corpora plus celso: gloria celsa Deo.

C H O R V S.

Et pax in terris: toto pax aurea in orbe:

Bellaq; nulla intus: bellaq; nulla foris.

Sed iucunda quies, animiq; eterna uoluptas,

Et cor sedatum complacitumq; bonum.

Omnibus

Omnibus in toto passim degentibus orbe,
 Quotquot mortales maximus orbis habet.
 Laudamus te magne Deus : tibi dicimus hymnum :
 Numem adoramus supplice uoce tuum.
 Continuas agimus tibi grates : debita uota
 Offerimus, propter numina magna tua.
 Infinitus honor tuus est & gloria magna :
 Nostraq; sunt meritis ora cinora tuis.
 Tu rex : tu dominus dominator in æthere magno
 Sceptra super terras, & super astra geris
 Immensa est tua maiestas : tua gloria magna :
 Tu pater es : tu rex : omnipotensq; Deus.
 Iesu Saluator mundi cognomine Christe :
 Heros magnanime & bis generate gigas.
 Victima tu sacra es, mundi qui crimina tollis,
 Atq; cruore sacro diluis illa tuo.
 Agne Dei, magni soboles æterna parentis :
 Qui solus mundi crimina cuncta luis.
 Qui moriens tollis peccata grauissima mundi
 Seruorum uotis propitiare tuis.
 Qui patris ad dextram resides in luce corusca
 Propitius famulis omnibus esto tuis,
 Tu siquidem solus sanctus : tu solus ubiq;
 Terrarumes dominus : rexq; paterq; poli.
 In duperatorum cunctorum altissimus unus :
 Imperium solus qui sine fine geris.

Cum

LIBER XII.

Cum patre conregnans et cum spiramine sancta
In splendore patris glorificatus. Amen.

PRESBYTER.

Quæsumus omnipotens genitor concede benigne,
Et præsta hoc seruis per pia uota tuis.

Vt quos peccati labes antiqua notauit,
Subq; iugo ueteri seruitioq; tenet.

Liberet unigeni raua consociatio nati

Fœdera per carnis purificetq; suæ

Per tecum æquali regnantem numine Christum,

Cui laus, imperium: cui sine fine decus.

PROPHETA.

Esa. 9.

Dicolon tetraastrophon.

3. Gen. Quæ densis modo gens in tenebris sedet,

Antispastie Mortis quam regio continet horrida

ci Horatia Lumen conspicit ingens

ni Quis Illis lux micat aurea.

multa. Deducis populos in noua gaudia

Exultant hilaris agmina mentibus

Letout tempore messis,

Aut cum præda capeßitur.

Ablatum est, positum quod fuerat, iugum

Cædens uirga humeros collaq; uerbere:

Exactor Midianq;

Fracto robore concidit.

Omnia

Onnis praeda uagis rapta tumultibus,

Et foedata rubro pallia sanguine

Consumentur ab igni:

Flammis debita stupeis.

Nam uobis hodie est paruulus perditus?

Nobis lacteus hic filius est datus?

Qui magnum imperium orbis

Atlantis scapulis subit.

Illi nomen erit: mirificus: potens:

Magni consilij nuncius inclytus:

Princeps pacis: & æui

Venturi pater & Deus.

Terrarum imperium proferet ambitu:

Prætendens placidam Palladis arborem:

Vt subsellia regni

Iessidæ patris occupet.

Atq; hoc constituat legibus optimis,

Fulcro iudicij, & iustitiæ basi:

Dum mutata redibunt

Cælo secla perennia.

Hæc exercituum rex, pater ætheris:

Hæc zelus feruens illius igneus

Ipsæ edicit: & ipse

Actu perficiet ratum.

C H O R U S.

Ode monocolos testrastrophos,

DE

LIBER XII.
DE NOVA CHRISTI IN-
carnatione.

Grates agamus singuli
Deuotione debita:
Christo polorum principi,
In uniuersa ecclesia.
Qui nos suis cunabulis
De Tartarorum sedibus:
De demonis potentia
In regna transfert patria.
Ouemus huic cum iubilo,
Cantemus atq; in organo:
Hymnum intonemus angeli?
Laus celsa celso numini.

EVANGELISTA

LUC. 2.

At celsa Ausonidum genitus de stirpe Quiritum
Augustus, postquam sceptris solioq; potitur:
Imperij fines omnes, & subdita regna
Excutit, & misso terras diplomate in omnes
Exarchos iubet ire suos, censumq; referre.
Isacidum fuit hæc domitorum exactio prima,
Collapso in I V D A sceptro, Solymisq; subactis:
Tempore quo Syriae populos Cyrenius omnes
Subdidit imperio, & latè ditione premebat.

Videris

Videris innumeras passim per rura cohortes
Ad patrias se ferre domos, nomenq; fateri.
Ipse etiam senior Ioseph, & tardior annis.
Mature tentabat iter, comitatus a fello?
Quaq; oriundus erat Bethles ad moenia tendit.
A tergo sequitur grauida, at non passibus æquis
Pondere coelesti Christum paritura puella.

Iamq; ubi maturus complerat tempora uenters
Edidit en primi concepta coagula foetus,
Et puerum inuoluit pannis, fenoq; reponit.
Regales aberant cunæ: præsepia cunas
Supplebant: deeratq; domus: mox caula fit aula.

Forte illa gregis excubias regione tenebant
Pastores ouium, noctem insomnemq; trahebant:
Angelus ecce Dei clara luce astitit illis:
Dimouitq; umbras splendor, micat ignibus æther.
Obstupuere uiri, & gelidus timor occupat artus.

Ille sed ut uidit, mortalia corda pauere,
Ne timeatis, ait, demissus ab æthere ueni
Angelus, & uobis annuncio gaudia magna,
Gaudia terrarum totum uulganda per orbem.
Namq; hodie uobis qua perstant moenia Bethles,
Saluator mundi Christus, de sanguine Dauid
Est natus, de carne caro, de numine numen,
Promissus toties humani sanguinis ultor.
Signum erit hoc uobis, iacet in præsepibus infans,
Pasciolis cinctus, iuxtaq; animalia stratus.

LIBER XII.

Tum subito nūerosa phalanx ruit æthere ab alto
Militiæ ætheriæ, diuos celebransq; canensq; :
Gloria in exeljs domino, super astra sedenti:
Omnibus in terris pax: omnibus una uoluntas.

PASTOR SVPPLEX.

Cum populo:

AD CHRISTVM.

Nate Dei uiui, genite ante exordia mundi
A patre: de cuius numine numen habes.
Virginis & soboles, concepta è flamine sancto:
Temporis ut series iam benedicta tulit.
Numina laudamus tua flagrantissima nostri,
Et tua multiplici nomina laude ueho.
Quod tibi non sordet caro contemptissima nostra,
Missa sed assumpta est illa misella tibi.
Sanctificata prius, prius omni labe remota,
Nostraq; nunc sors est sors quoq; facta tua.
Dum fragiles artus sumis, seruiq; figuram
Induis abiectam pauper & exul humo:
Vt nos in patrio faceres ditescere Cælo,
Consortes regni participesq; tui.
Teq; pijs uotis gemituq; ardente rogamus,
Prolapsi cunas in faciem ante tuas
Vt tua pauperies clades ditissima nostras
Respiciat miseros nos inopesq; iuues.

Ne

DECEMBER.

42

Ne tua sit nobis facies externa ruina
Situè offendiculo forma misella tua
Sed tua succurrat nobis miseratio magna,
Surgat ut è magno hoc foedere magna fides.
Qui patris ad dextram resides Super astra polumq;
Omnipotente regens astra polumq; manu.

PAEGYRIS.

IN XXVI. DECEMBRIS.

DIVI STEPHANI PRO-
tomartyris.

CHORVS.

Sedere principes uiri
Et oblocuti sunt mihi:
Iniquitatis complices
Me persequuntur iudices.
Tu qui super thronum sedes
In æquitate iudicans:
Deus meus mere spice,
Defende: cura protege.
Nam ser uus obsequens tuus
Mādata scrutor inclyta
Ætatis à primordijs
Tuis dicatus legibus.

P. V. E. R. I.

F 2 Beata

LIBER XII.

Beata gens in semitis
Quæ pura perstat numinis.

CHORVS.

Et ambulat sub legibus
In ueritatis ritibus.

PRESBYTER.

Quæsumus omnipotens genitor, concede benignè
Hoc quoq; quod colimus, nos imitando sequi
Vt dum sacra dies Stephani celebranda recurrit,
Actaq; sunt iuuenis commemoranda pij:
Sic hostes nostros etiam amplectamur, ut ille
In grassatores mitia corda gerit.
Pro quibus ad dominum quoq; uerba precantia fun-
Et Iesu supplex concidit ante pedes. (dit,
Per genus assumptum: noua per cunabula nati:
Per quem nostra uetus fit noua massa caro.

EVANGELISTA

Act. 6. 7.

At Stephanus uirtute potens, & luce repletus
Flaminis ætherij, longè omnes ante coruscans,
Clâruit in populo signis illustribus actis.
Ecce sed insurgunt, atq; auxiliaria tela
In Stephanum uibrant, & uerbis uerba retundunt
Libertinorum leges & scita professi: (lus
Quosq; Asiæ Cilicumq; scholæ, et Memphitica tel-
Altaq;

Altaq; Socraticis Cyrene dedita chartis
Congregat eloquij autores, sandiq; magistros.
Omnibus ingenij neruis hi tendere contra
Incipiunt Stephanum, uiresq; opponere cunctas.
Imparibus uero iuncti congressibus obstant,
Diuinæ nec enim ualuerunt resistere lingua.

Tum sic incepit iuuenis, durissima secta,
Auribus atq; animis incircumcisa, malignæ
Maiorum similis stirpi scelerata propago:
Spiritus sancto furibunda mente rebellas
Semper, & æternis perstas contraria bellis.
Dicite, quem uestri uatem coluere parentes?
Cui stabile hospitium, sedemue dedere benignam?
Heu quibus exilijs illos, quàm sorte cruenta,
Supplicijs quibus affectos, alijsq; nefandis
Excepere modis? quæ tristia damna dedere?
Dum maculant horum crudeles sanguine dextras,
Qui scriptis aduentum huius iustiq; pijsq;
Prædixere uiri, quem prodicione nefanda
Arreptum crucis infami uos morte necastis.

Talibus incensi dictis, & pectora puncti
Dentibus horrendum strident, mussantq; furendo.

Plenus at ille sacro spiramine letus ad astra
Ut tulit aspectum, procul hinc se ostendit ab alto
Æthere maiestas iuueni diuina, patrisq;
A dextris Christum stantem conspexit & inquit,

LIBER XII

Ecce polos uideo ruptos, coelumq; dehiscens,
Ad dextramq; patris summi considerare Christum.

Tum uero in rabiem penitus uertuntur, & aures
Vertice concusso obturant, atq; impete facto
Iniiciunt collo dextras: & plura uolentem
Dicere comprehendunt, furysq; immanibus acti
Eijciunt urbe, & Saxorum gressu pulsan.

Ille inter silices & saxa uolantia fundit
Ore preces, Christoq; animam commendat eunda.
Hinc positis genibus cum pro grassante rogasset
Gente: cadit tectus Saxorum pondere martyr.

CHORVS.

Ode Dicolos Distrophos.

DE SANCTO STEPHANO.

Protomartyr.

Hanc quoq; concordi famulatu, & uoce colamus
Solennitatem nobilem.

Autoris STEPHANI exemplum studiumq; secuti
Benignitatis feruida.

Qui pro uesana rabie, & pro fraude suorum
Supplex Deo fit hostium

Signifer O summi regis dux inclyte salue:
Salue corona martyrum.

Vota precesq; tuas manifeste exaudiit ether,
Quas pro hostibus iam fuderas.

Nane

3 Gen.
Dactilici
Horatiani
Mollis in
ertia

Nam qui te contra modo stabat in agmine Paulus,

Votis tuis Christum colit.

Iamq; choros tecum Coelestium ducit in aula,

Quò persecutor non adit.

Ergo Deo merito colimus solennia festa,

Sequamur ut te martyrem.

Te Petrus Christi uocat in statione ministrum,

Te consecrant apostoli.

Tu fidei praecepta sacrae, normamq; salutis,

Ad dexteram Dei patris

Ostendis Petro pendentem in stipite Christum,

Quem plebs furens occiderat.

Tesibi delegit Christus uexilla gerentem

Per quem suos corroboret.

Seq; inter filicum strepitus, lapidesq; rotatos

Ostendit alto ab aethere.

Purpureos inter coetus nunc ergo coruscas,

Corona fulgens martyrum.

EVANGELISTA.

Matth. 23.

Ergo ne dirae causam prætendere culpa

Interitusuè aliquem possitis fingere fucum:

Ecce etiam sacri uates, legisq; periti

Mittuntur uobis: quos partim morte nefanda

Mulctatos miserè trabe suspendetis ab alta:

Partim etiam in uestris Synagogis corpore nuda

LIBER XII.

Vi multa instantes quatietis uerbere dira.
 Vulmificisq; flagris liuentia sanguine terga
 Scindentes aliam ex alia pelletis in urbem:
 In caput ut uestrum ueniat iustissimus ille
 Sanguis, ab innocui perfusus sanguine Abelis:
 Vsq; ad supplicium Zachariae, & fata cruenta
 Ioiada: quem uos altaria ad ipsa tementem
 Ante sacra aras, ipsoq; in limine Diuum
 (Infandum) letho uita spoliastis acerbo.

Iurans hoc dico, testorq; fideliter: omnes
 Has diras super hanc uenturas ordine gentem,
 O Solyma: ô Diuum domus: ô arx alta Sion
 Quæ uates ingulas, & dira morte trucas, (nis:
 Obruïs & saxis, quos ad te numina mittunt:
 O quoties uolui tua pignora salua fouere,
 Congregat ut glocitans pullos gallina sub alas:
 Nec tibi grata fuit patrij mea cura fauoris.
 Nunc auersa tuis igitur quoq; numina templis
 Aufugient, uestriq; lares, & regia uestra:
 Templâ, forumq;, domusq; ex hoc deserta iacebunt
 Testor enim nostri posthac præsentia uultus
 Versa erit à uobis, nec numinis ulla potestas:
 Donec & has iterum, compuncti pectora planctu,
 Singultus inter medios. lacrymasq; cadentes,
 Iactetis confusi animis ad sidera uoces:
 Sit tuus aduentus semper benedictus in æuum
 Christe Deus, nec iam ueteres ulciscere culpas:

Parce

Parce pijs aris, nec gentem euerte paternam:
 Sis bonus, & bis captae urbi succurre rogatus:
 L. propriam crucifixe domum, sedemq; manentē
 Non nisi diuorum iussu demissus olympo.

PASTOR SUPPLEX

cum populo.

AD CHRISTVM.

Qui poenas solymis praedicis & horrida fata,
 Fata: per aeternos non abitura dies:
 Propter contemptum uerbi & tua numina spreta,
 Cesaq; multorum corpora sancta uirum:
 Da Christe exemplo moniti sapiamus ut isto,
 Sectantes uerbi iussa seuera tui.
 Et quos tu mittis, ueneremur honore Prophetas,
 Omnibus officijs, obsequijsq; pijs.
 Ne similes in nos clades & fata trahamus,
 Priuatasue intrent publica damna domos.
 Sed tibi subiecti simus, studioq; tenaci
 Seruemus uerbi tradita iura tui.

PANEGYRIS.

IN XXVII. DECEMBRIS

Diui Ioannis Euangelistae.

CHORVS.

Syrac. 15.

G f

h

LIBER XII.

In publicis congressibus

Et in corona ecclesiae:

Os eius & linguam Deus

Miro reclusit ordine.

Implevit illum Spiritu

Scientiae cum robore:

Fulgentis illum gloriae

Cinxit stola cum lumine.

P V E R I.

Pulchrum est bonumq; numinis

Annunciare gloriam.

CHOR V S.

Et celsa ferre ad sidera

Nomen tuum ô altissime.

P R E S B Y T E R.

Omnipotens genitor uotis concede piorum

Atq; Super populum lumina uerte tua.

Vt quos instruxit Zebedæo patre creatus

Doctor, apostolici pars memoranda chori:

Illius exemplo & monitis ecclesia sanctis

Transeat ad celsi sidera summa poli.

Per dominum nostrum Iesum cognomine Christum,

Qui tecum equali uiuit honore Deus.

A P O S T O L V S.

Ephes. 4,

Cuiq;

DECEMBER.

Cuiq; pro donationis est modo

Collata nostrum gratia.

Sicut propheta dicit: astra permeans

Ascendit alta sidera.

Captiuitatis uincla ducens horrida,

Vt dona det mortalibus.

Ascēsus at quid est nisi hoc quod primit

Descendit usq; ad inferos.

Descendit, ut Super polos ascenderet

Cunctos: adimplens omnia.

Et ipse quosdam nunc apostolos dedit:

Quosdam ex choro prophetico &

Euangelistas: coeterosq; episcopos.

Et ultimo didascalos.

Vt pręparetur administerium sacrum

Gens sancta: Christum prædicans

Donec sub unam congregabimur fidem,

In unitate Spiritus.

Vt in uirum crescamus omnes integrum,

Aetate Christi debita

CHORVS.

Ode Dicolos Distrophos

DE SANCTO IOANNE EVANGELISTA.

Omnia

LIBER XII.

3 *En. Da* O multum Iesu Christo dilecte Ioannes,

ci Ho O innubi uirgo tori:

rati ut Tu piscatorum lintres, atq; humida lina,

supra. Arundinesq; uirgeas:

Bethsaidaq; lares, cyrtosq; , hamosq; , lacusq;

Amore Christi deseris.

Tu nuptæ thalamum renuis, blandosq; hymenæos,

Christi secutus gaudia.

Tu Clarij fontis meruisti sacra fluentia

Potare Christi è pectore.

In terris positus conspexti numina celsa,

Deiq; filij gloriam.

Quæ solum sanctis in uita creditur illa

Videnda luce corporis.

Tutorem in cruce te Christus moriendo triumphans

Caræ parenti præficit.

Vt tu uirgineum seruares uirgo pudorẽ,

Non absq; cura sedula.

Exilij propter Christũ tu probra tulisti,

Gauisus esq; iniurijs.

Tu uita sanctos reuocas in nomine Iesu,

Innoxium uirus bibis.

Ipse tibi Verbum: Verbum immemorabile summus

Pater reuelat filium.

Ergo tua & triplici monumenta legentur in orbe,

Fugasq; nunc his hæreses.

O multum

O multum Iesu Christo dilecte Ioannes
O innubi uirgo tori.

EVANGELISTA.

Iohan. 21.

Absumtis epulis, cum saepe rogasset Iesus,
Petrus an arderet Christum, sic pluribus inquit:
Petre meas insiste uias & fata docendo.
Conuersus uero Petrus, cum uidit Iesu
Dilectum iuuenem, qui coena forte suprema
Sederat in gremio Christi, dominumq; rogabat
Indicijs quibus occultum cognosceret hostem:
Hunc inquam cernens, & amici fata requirens,
Quos uero hic manes, quæ funera Christe subibit?

Respondens inquit Christus: Si Petre Ioannē
Me reducem uidisse uelim, mi Petre, quid ad te?
Tu sequere: & teneros agnos mihi pasce docendo.

Ergo inter fratres sermo consurgere coepit,
Legibus hunc fati exemptum communibus esse.
At non immunem mortali lege futurum
Dicebat Christus: sed si superesse Ioannem
Consultum putet, aut meliori uiuere fato.
Id nihil ad Petrum: nec Petrum scire uolebat.

Atq; hic discipulus res & miracula Christi
Veridicis scripsit libris: autenticus horum
Verbōrum testis: nulli nulli bitabilis autor.

dū

PASTOR

LIBER XII.
PASTOR SUPPLEX
cum populum.
AD CHRISTVM.

Qui crucis ex æquo partiris pondera Christe,
Arbitrio expendens singula fata tuo.
Supplicij speciem tribuens haud omnibus unam,
Sint licet officij sorte graduq; pares:
Augustum Petro cinctum, laxumq; iocundi:
Illi ensem ancipitem: huic plumea fata necis.
Visq; suum quemuis manes tolerare docendo,
Atq; tua augusto tramite signa sequi:
Da placidè tolerare mei me pondera fati,
Impositamq; mihi sustinuisse crucem.
Quod si diuersa fortuna floreat alter,
Qui digito cœlum tangat & astra poli:
Ne me liuoris transuersum in sania uertat
Vt tacito Petri pectore murmur agam.
Fata uel incussem mea, uel tua sceptrâ reformem,
Cur non æumnas ille uel ille ferat.
Sed recta pergâ mandati munere fungens,
Sub cruce & obsequio te reuerente colam.

PANEGYRIS.
IN XXVIII DECEMBRIS.
BETHLEHEMITARVM
Innocentum.
CHORVS.

Esa. 8.

DECEMBER.

48

Psal. 8:

Ex linguulis infantium

Et oribus lactentium,

Laudum tuarum nublia

Tubasq; celsas efficis:

Vt destruas hostilia

Turbæ furentis robora

Et conteras ultricia

Pythonis alti cornua.

P V E R I

Quam fama conditor tua

Terras per omnes fulgurat?

C H O R V S

Cœliq; Supra cardines

It eleuata gloria

P R E S B Y T E R.

Omnipotens genitor, cuius præconia sancta

Turba tibi innocua hac luce professæ fuit.

Non uoce eloquij, sed fusi sanguinis ore:

Non contestando, sed moriendo pie:

Tu segetem in nobis uitiorum extingue malorum,

Mortifica & carnis semina dira male

Vt quam lingua fidem loquitur, fateatur eandem

Moribus & doceat consona uita pijs

Per tecum æquali regnantem numine Christum,

Quem laus perpetuo debita honore decet

A P O

L I B E R XII.

APOSTOLVS.

Apocalyp. 14.

**I. Gen. Iam
bici Prus
dentiani.**

Et ecce stabat agnus

Super Siona montem:

Circumq; copiose

Exercitus phalangis.

Centena quadragena

Quaterna millium gens:

In fronte nomen agni

Gerens, deiq; signum.

Hinc insecuta coelo est

Vox irruens aquarum:

Vox fulguris corusci,

Cum fulgetro cadente.

Quas inter influebat

Sonora vox per auras

Virum: lyra canentium

Coetu deorum ouante.

Hi plectra permouentes

Melos nouum sonabant:

Circa thronum uolantes

Et bestias quaternas.

Horum inclytas camoneas

Nemo insequi ualebat:

Quam myrias beata

Mortalium redempta.

H

Hi sancta sunt caterua
 Non inquinata nymphis:
 Sed uirgines sequuntur,
 Quocunq; tendit agnus.
 Mortaliumq; prima
 Agni & Dei lytrofis:
 In ore non eorum
 Labes uel Vlla fraus est.
 Dei thronum ante summi
 Ut angeli coruscant:
 Et innocente morte
 Regem suum sequuntur.

C H O R V S.

Ode Dicolos Distrophos

D E B E T H L E H E M I T I S
innocentibus.

Sit laus Deo: cui sapit plus coeteris,
 Quod coeteris nihil sapit.
 Cuius pio famula tui aetas quaelibet,
 Et sexus omnis competit.
 Te Bethlehem pusiunculi noui:
 Pancratiastæ paruuli.
 Quinquertionibus pares uel maximis,
 Hac luce sacra prædicant.
 Quos sustulit sæuæ furor Tyrannidis,
 Herodianis ensibus.

I. Gen. Iam
 bici Hora-
 tiani.

G

Quod

LIBER XII

Quod linguulis nondum ualent tenellulis,
 Praecone praestant sanguine.
 Vomuntq; lac c. uore mistum ultricibus
 Vagitibus per aethera.
 Tellus gemit: collacrymantur marmora:
 Dolentq; cautes asperae.
 Inuitus ipse acinaces innoxium
 Lambens abhorret sanguinem.
 Sol fletibus conspexit haec cadentibus,
 Vultum obtegitq; nubibus.
 Sola obriget crudelitas Busirica,
 Humanitatis nescia.
 Ergo calentes grumulos humus pia
 Sinu paterno condidit.
 Coelo inferunt sanctas animulas angeli,
 Inter beatos martyres.
 Stylo scelus notatur istud ferreo:
 Vlulansq; Bethle clamat.
 Quis imperator ullus unquam rettulit
 Tam nobilem uictoriam?
 Qualem suis coeuulis rex uagiens
 Christus dat in cunabulis.
 Quos misit ante martyres triarios,
 Polum occupent ut perpetim.
 O clara gens praconijs insignibus,
 Corusca turba martyrum:
 O Rosculi puellulorum primuli:
 O gemmulae coelestium:

Ob aureum puellulum, quem barbarus
Querebat, ense perdit.

Salvete vos infantuli pijsimi:
Quinquertiones maximi:

Vos Christus innocente morte demetens
Addit coronę uirginum.

Miseransq; fata uestra claro funere
Choro inulit cœlestium.

EVANGELISTA

Matth. 2.

Finibus exierant Persę Iesseidos ora,
Cum subito in somnis apparet nocte silenti
Nuncius ætherij referens mandata parentis:
Tolle cito puerum cum matre, fugamq; capeffe,
Inq; Paretonios, Mareoticaq; arua, recessus
Hospitium antiquum patrię succedito gentis:
Atq; illic Pharia peregrinus & exul in ora
Subsiste ad tempus. noua dum tibi iussa ferantur.
Namq; erit, ut puerum ueniat mucrone corusco
Quęsitum Herodes, furijs armatus & ense.

Corripit è stratis corpus sub nocte profundę,
Acceleransq; fugam, cunabula tollit, iterq;
Difficile ingreditur cum uirgine uectus a sello:
Frigoribus medijs: gelidę sub tempore brumę.
Ibant obscuri sola sub nocte, gementes
Hostiles animos, immitiaq; arua Tyranni.

Ob

G 3

Ambin

LIBER XII.

Ambiguumq; iter ignota regione legebant,
Dum pelusiaca tandem potinutur arena.

Illic subsistunt ad crudi fata tyranni,
Ne frustra uates prædixerit ista Berides:
Ægypti natum mihi de regione uocabam.

Ergo uidens simul à Persis sua numina ludi,
Et maiestatem contemni & regis honorem:
Infremuit, furij subito inflammatus & ira
Herodes: puerosq; omnes Bethleidos oræ
Occidit simul, & crudeli funere mersit:
Indicijs quotquot Druidarum ex ore magorum
Haud dubijs circa bimatum agnouit & infra.

Ier. 31.

Tum uero Helciadæ uox est impleta prophetæ
Vox grauis in Rhama est: uox flebilis et miseranda:
Luctusq; fletusq;, & foeminei ululatus:
Moesta Rachel pueros deflet, solaminis expers:
Nescia sedari: quoniam non amplius extant.

PASTOR SUPPLEX

cum populo.

AD CHRISTVM.

Qui seuum Herodis fugisti ensemq; manumq;
Christe: simul uermis factus & exul homo:
Exiliumq; graue es passus Memphitide terra,
Quale ~~atam~~ quondam sustinuere tui:
Vt miseros Eue exilij de sede nepotes
In patriæ inferres limina celsa domus:
Supplicibus

DECEMBER.

51

Supplicibus uotis tua numina sacra rogamus,
 Exilium graue sit mansio nostra tuum.
 Fixa domus coelum: fuga perpetuiq; penates,
 Quis peregrinantes nos releuare uelis,
 Vt qui mansuras non hic inquirimus aedes,
 Aetheris ipse fmas incoluisse domum.
 Aegyptiq; graui pro seruitio ipse colonis
 Des postliminij pristina iura poli.

PANEGYRIS.

IN DOMINICAM INFRA OCTA-
 uam natiuitatis Christi.

CHORVS.

Profunda cum silentio
 Iam nox teneret omnia:
 Soporq; lassae corpora
 Quiete grata pasceret.
 Bicornis et iam Cynthia
 Currum rotaret aureum:
 Per pulchra coeli sidera
 Noctisq; per silentia.
 Regalibus de sedibus
 Poli; summo uertice,
 O summe rerum conditor
 Apparuit Verbum tuum.

PVERI.

G

3

[Deus]

LIBER XII.

Deus decorem indutus est,
Regnabit & cum robore.

CHORVS.

Et fortitudinem induit
Splendore fulgens regio:

PRESBYTER.

Omnipotens æterne Deus, qui numina magna
In uerbo nobis das patefacta tuo.
Visq; coli à nobis teneris constanter ab annis,
Atq; sequi uerbi tradita iussa tui:
Dirige tu nostros actus ad lumina uerbi,
Atq; in complacito nos moderare tuo.
Ut per dilecti mereamur munera nati
Currere in obsequium nocte dieq; tuum.
Per dominum nostrum Iesum cognomine Christum,
Qui tecum æquali uiuit honore Deus.

APOSTOLVS.

Gatlat. 4.

Dicolon Distrophon.

2. Cern.
Antispast:
Horat. ut
supra.
Heres quo spacio temporis est puer,
Nutricis tumido raptus ab ubere:
Nil à mancipio discrepat altero,
Heres sit licet omnium.
Sed tutoribus est oeconomis suis,
Quos impuberibus lex dedit orphanis,

Subies

DECEMBER.

52

Subiectus: numerans tempora termini
Quem praefinierat pater.

Sic cum nos caperent pristina secula:

Sub legis fuimus seruitio graui:

Subiecti patrijs traditionibus,

Duro pondere rituum.

Nunc cyclus sacer ut temporis ingruit:

Demisit pater ex aethere filium:

Natum foemineo germine uirginis,

Legis sub rationibus,

Vt quos compedibus lex tenuit suis

Captiuos, emeret per lytra sanguinis,

Quo contingeret his patris adoptio.

Quos error malus abstulit.

Nunc cum cara sacri pignora numinis

Sitis facti iterum, desuper ipsemet

Effudit pater ex aethere spiritum,

Clamentem: pater optime.

Ergo non erit hic seruulus amplius

Sed patris potius filius optimus,

Quod si complacitus filius, omnia

Heres est patris in bona.

CHORVS.

Ode Monocolos.

De nouis CHRISTI cunabulis.

G 4

Qui

LIBER XII.

Qui colitis triplicem diuersio cardine mundū
Mortales miseri, uitiorum mole grauati:
Quos premit ira dei: quos mens malè cōscia dōnat
Et Stygius terret pandens tria Cerberus ora:
Non nisi turba nocens, & gens sperare salutem
Nescia, uera salus fuerit nisi cōciliis orta:
Desuper ecce polo uenio demissus ab alto,
Diuorum interpres, referens noua gaudia mundo:
Gaudia terrarum totum uulganda per orbem.
Namq; hodie uobis, qua perstant moenia Bethles,
Virgineo partu proles datur aurea Christus,
Promissus toties humani sanguinis ultor:
Qui cœlum uobis miseris, sedesq; beatas
Offert diuorum gratis, fratresq; cooptat.
Signum erit hoc uobis: iacet in præsepibus infans
Fasciolis cinctus, iuxtaq; animalia stratus.

Ergo omnes læti nos cum pastoribus intro
Ad cunas sistamus, & hæc diuinitus orbi
Munera de cœlo à Superis donata petamus.

Respice nūc pia mens: quid nā præsepibus istis
Quid iacet in uili fœno cannaq; palustri?
Quis puer egregius? stipula qui tectus agresti
Hic cubat? ah quis nam quis formosissimus infans?
Tunc Dei soboles? tunc es Saluator Iesu?
IESVLE te Video: tua te tua numina produnt:
Salue hospes dilecte mihi: Salue inclyte frater
Salue hominum uindex, regum benedicta propago.

Vnde

Vnde has aerumnas: unde has descendis in oras?
 Inuisas superis, atq; obsita sordibus antra,
 Peccato & primi uitijis inspersa parentis:
 Nec peccatorem contemnis & abijcis à te?
 Quas tibi quas referam laudes? quo pectore grates
 Persoluam? quibus ò tua numina laudibus æquem?
 Quod terram subiisti & coeli limina linqvis.
 Siccine te nostra causa demittis, ut illuc
 In dura iaceas canna, stratoq; ferarum?
 Quo malè procumbunt bina hæc animalia iuncta,
 Rudens Sileni quadrupes, plaustrarius & bos.

Sit licet hæc ingens spaciosi machina mundi
 Ampla satis, gemmis intus auroq; coruscans:
 Exiguas tamen ad cunas longe arctior extat.
 Purpura fasciolar: uestis tibi serica fœnum est,
 Qua tu te iactas & rex terrene superbis,
 Non secus ac tibi sit cœlum, & tua uita per æuum.
 Sic tibi sic placuit splendorem pingere mundi:
 Quàm nihil hic ualeat: quàm magnificentia mundi
 Ante tuos oculos nil sit, nihiliq; putetur.

O dilecte mihi fratercule: IESVLE sancte
 Adsis, inq; meo cunas tibi pectore conde:
 Et stipulas remoue duras, culmosq; rigentes:
 Inq; quibus iaceas mollissima confice strata,
 Suauiter atq; mei te conde in pectoris arcam,
 Letus ut exultem, piaq; in te gaudia grato
 Pectore percipiam, & iucundis plausibus edam.

G S

Sit

LIBR XII.

Sit tibi summe Deus laus: sit tibi gloria in ævum:
Cœlorum nobis natum quod ab arce dedisti.
Hinc chorus angelicus lætando exultat, & orbi
Illa loco auspicij felicitis nunciat anni.

EVANGELISTA.

LUC. 2.

Talibus intenti dictis, quæ plurima passim
De puero fuerant totam iactata per urbem:
Obstupuere animis ambo materq; paterq;
Atq; hæc seruabant memori sub corde parentes.

Tum pius ille senex, busto uicinus & astris,
Ut sacrum absoluit Cygnæi carminis hymnum:
Longius instabat uerbis, iterataq; iungens
Oscula, & intuitus matrem sic ora resoluit:
Macti animis ambo magnis: tuq; inclyta uirgo,
Quæ tantum enixa es terris herosa DEVMQVE:
Quando equidẽ ad diuũ sacras hinc iungimur aras,
Ante obitumq; mihi, supremaq; funera mortis,
Dijs equidem auspiciis: qui me hæc ad gaudia uiuũ
Seruarunt, datur hunc manibus contingere nostris:
Hunc unctum domini, Saluatoremque potentem:
Pauca tibi e multis, quæ me spiramine sancto
Præmonitum uoluit scire, & prædicere munda
Omnipotens genitor, quo rectius omnia serues,
Expe diam dictis, uenturaq; fata monebo:

Hunc

Hunc puerū. quē nunc cupidis amplectimur ulnis,
 Hei mihi, qui excipient casus? quae tristia fata?
 Et quae iactatum uarijs fortuna procellis
 A uite primis annis inimica sequetur?
 Namq; hunc maiestas posuit diuina ruinam
 Atq; offendiculum multorum. rursus in ipso
 Omnibus est ueniae positus thronus amplus, et am-
 Gratia: quotquot ei se subdunt atq; resurgunt. (pla
 Quin erit in signum: cui sese opponere multi
 Incipient, dirisq; in eum se effundere linguis:
 Tanquam is sit pestis populi, et furialis Erynnis,
 Quem contra incipiant bellis communibus omnes
 Impunes fuisse, atq; odijs certare nefandis,
 Et quacunq; queant tandem subuertere fraude.

Viscera quin etiam tua pertransibit acutus
 Ensis, ait: capuloq; tenus cor ibit in ipsum:
 Quo manifesta hominum multorum pectora fiant.
 Talia narrabat matri et meminisse iubebat.

His quoq; temporibus, Phanuelis sanguine nata,
 ASARIS eq; tribu uixit longæua sacerdos,
 Fœminei decus ANNA chori, matrumq; piarum.
 Vixerat hæc annos septem cum coniuge coniunx,
 Atq; octoginta numerabat quatuor annos,
 Iam uidua, et frontem cui ruga senilis arabat.
 Non illi genius curæ, non pingua uentris
 Fercula: non dubiæ cœnæ, mala gaudia mundi:
 Sed nox insomnis: mens sobria: uota precesq;.

LIBER XII. DECEMBER.

Et mandata sacris ieiunia fixa diebus.
Hec quoq; se sociam iungens congressibus istis
Adfuit, & ueterum numerans oracula uatum
De puero loquitur cunctis, qui pectore laeto
Promissam coelis expectauere salutem.

Exin se tandem sacris in lege peractis
Desertas referunt Galileæ rursus ad oras.

PASTOR SUPPLEX
cum populo.

AD CHRISTVM.

Cum simul in signum lapsus, signumq; salutis
Sit datus aduentus maxime Christe tuus:
Da me nulla precor crux à te separet unquam,
Nomine quaecunq; est suscipienda tuo.
Forma nec offendat tua contemptissima mundo,
Firmiter in te sit sed mea fixa fides.
Vt tibi fortuna me dem confisus in omni,
Et meritis seruer saluus ubiq; tuus.

F I N I S.

APPENDIX

55

DE LYRICORVM

CARMINVM GENERI-

BVS OMNIBVS, SIMPLICIBVS

& compositis: quibus utitur Horatius in 4. libris

carminum, & in libro epodon: quorum ex obser-

uatione Diomedis Grammatici & imitatione Ge-

orgij Fabricij in libro primo odarum numero sunt

XIX. omnia huc secundum genus suum in ordi-

nem conuenientem, iuxta nouem carminum genera

simplicia, quae à pedibus nomen & appellationem

fortiuntur redacta: quibus insuper in Dactylico

accessit Heroicum Monocolon ut in uniuersum

sint numero XX. in usum scholasticae iu-

uentutis, studio M. Christophori

Vuineri collecta & di-

gesta.

IN IAMBICO.

I.

DICOLON DISTROPHON.

lib. epod. Oda. 2.

Beatus ille, qui procul negotijs

Vt prisca gens mortalium.

Fabri. lib.

1. Iambicus trimeter acatalectus Archilochius.

1. od. 3.

2. Iambicus dimeter acatalectus Archiloch.

Vtitur hac forma decies ut:

Lib.

LYRICORVM CARM.

Fabri. lib.
1. od. 3.

lib. epod. oda. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
2.

Monocolon.

lib. epod. od. 17.

Iam iam efficaci do manus scientie
Supplex: & oro regna per Proserpine.

Iambici trimetri Acatalecti. Archilochij Semel tantum hac forma utitur.

3.

Dicolon Distrophon.

Pecti nihil me sicut antea iuuat

Fabri. lib.
1. od. 17.

Scribere uersiculos amore perculsum graui.

1. Iambicus trimeter Acatalectus.

2. Iambicus compositus ex { Archilochio Dactilico
dimetro hypercatale-
ctosen Dactylica pen-
temimeri.
Iambico dimetro acata-
lecto

Semel tantum ut lib. epod. oda. 11.

II.

IN TROCHAICO.

Dicolon Distrophon.

Fab. lib. 1.
oda. 8.

Non ebur neq; aureum

Mea renidet in domo lacunar.

1. Trochaicus dimeter catalectus Euripideus.

2. Iambicus

1. Iambicus trimeter catalectus Hipponacticus.

Semel. lib. 2. car. od. 18.

Recte in hoc carmine Diomedes trochaicum depræhendit. Philoxenus Gram. & cum secuti interpretes Horatiani aliqui Iambicum putarunt. qua autoritate uel lege ipsi uiderint. uide Donatianum super od. 8. lib. 1. Lydia dic. &c. apud Fabr.

III.

I N D A C T Y L I C O.

I.

Monocolon.

Qui sit mecoenas, ut nemo quam sibi sortem &c.

Dactylicus hexameter catalectus uulgo epos Heroicum Hoc usurpat lib. 1. & 2. ser. 1. & 2. epistolarum et de arte. et car. lib. 1. od. 11. & 18.

2.

Dicolon Distrophon.

Diffugere niues, redeunt iam gramina campi
Arboribusq; comæ.

Fab. lib. 1.
od. 4.

1. Dactylicus hexameter heroicus catalectus.

2. Dactylicus dimeter hypcatalectus Archilochius.

Vulgo pentemimeris dactylicæ.

Semel tantum lib. 4. car. od. 7.

3.

Dicolon Distrophon.

lib epodon. od. 14.

Milc

LYRICORVM CAM.

Y. b. lib. 1. Mollis inertia cur tantam diffuderit imis
e. 9. Oblivionem sensibus.

1. Dactylicus hexameter catalectus heroicus.

2. Iambicus dimeter acatalectus Archiloch.

Bis tantum ut lib. epod. od. 14. 15.

4.^f

Dicolon Distrophon.

lib. 1. car. od. 7.

Fab. lib. 1. Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenen
od. 15. Aut ephesum, bimaris ne Corinthi.

1. Dactylicus hexameter heroicus catalectus.

2. Dactylicus tetrameter catalectus Alcmonicus.

Extat quinquies: lib. car. od. 7. 28.

et lib. epod. od. 12. 14. 15.

5.

Dicolon Distrophon.

Fab. lib. 1. Altera iam teritur bellis civilibus ætas
od. 12. Suis et ipsa Roma viribus ruit.

1. Dactylicus Hexameter catalectus Heroicus.

2. Iambicus Trimeter acatalectus. Hipponact.

Semel tantum. oda. 16. lib. epod.

6.

Dicolon Distrophon.

Fab. lib. 1. Horrida tempestas cœlum contraxit et imbres
oda. 19. Nivesq; deducunt Iovem: nunc mare nunc sylva.

1. Dacty-

1. Dactylicus hexameter catalectus.

2. Iambicus compositus ex { Iambico dimetro acatalecto.
lecto.
Dactylico dimetro hypercatalecto seu dactylica pentemimeri.

Semel tantum lib. epod. oda. 13.

7.

Dicolon Distrophon.

Soluitur acris hyems grata uice ueris & Fauonij.

Fabri. lib.

Trahuntq; siccas machinae carinas.

I. od. I.

1. Dactylicus compositus hexameter epicatalectus.

Compositio est ex:

Dactylico tetrametro acatalecto.

Trochaico dimetro Brachycatalecto.

2. Iambicus trimeter catalectus Hippo-
naeus. Diomedii colubis.

IIII.

DE ANAPAESTICO.

Comicis et tragicis hoc genus usitatissimum est, praesertim Dimetrum catalectum in syllabam: & Dimetrum Acatalectum, quod Aristophanicum uocant & laconicum. Horatius in lyricis non usurpat, ne quidem ullam eius speciem.

V.

IN CHORIAMBICO.

H

Dicolon

LYRICORVM CAR.

I

Dicolon Distrophon

Fab. lib. Lydia dic per omnes
od. 7. Te deos oro, Sybarim, cur properas amādo
1. Choriambicus dimeter catalectus Aristophanicus.
2. Epichoriambicus tetrameter catalectus Alcaicus.
Semel tantum. lib. I. car. oda 8.

2

Dicolon Tetrastrophon

Fab. lib. Iam satis terræ niuis atq; diræ
I. od. 15. Grandinis misit pater, & rubente
Dextera sacras iaculatus arces
Terruit Vrbes.

1. 2. 3. Epichoriambicus trimeter catalectus.
4. Choriambicus monometer hypercatalectus
uel choriambica pentimemeris.
Extat uicies quinquies
apud Horat.

lib. 1. car. oda. 2. 10. 12. 20. 22. 25. 30. 32. 38.

lib. 2. car. od. 2. 4. 6. 8. 10. 16.

lib. 3. car. od. 3. 11. 14. 18. 20. 27.

lib. 4. car. od. 2. 6. 11. & in carminibus seculatis.

VI.

IN ANTISPASTICO.

Dicolon

I.

Dicolon Distrophon.

lib. 1. od. 3.

Sic tediua potens Cypri

Sic fratres Helenæ lucida sidera.

Fab. lib. 1.

od. 10.

1. Antispasticus dimeter Acatalectus Glyconicus.

2. Antispasticus trimeter acatalectus vulgo Asclepiadeus choriambicus.

odis 13. hoc usurpatur.

lib. 1. car. od. 3. 13. 19. 35.

lib. 3. car. od. 9. 15. 19. 22. 24. 25. 28.

lib. 4. car. od. 1. 3.

2

Dicolon Tetrastrophon.

Scriberis uario fortis, & hostium

Victor, Meonij carminis alite:

Quam rem cunq; ferox nauibus aut equis

Miles te duce gesserit.

Fab lib. 1.

od. 4.

1. 2. 3. Antispasticus trimeter Acatalectus. vulg
Asclepiadeus choriambicus.4. Antispasticus dimeter acatalectus vulgo
Glyconicus choriamb.

Extat:

lib. 1. car. od. 6. 15. 24. 33. lib. 2. od. 12.

lib. 3. car. od. 10. 16. lib 4. od. 5. 12.

H 2

Dicolon

LYRICORVM CAM.

3.

Dicolon tetraastrophon.

ab. lib. 1. Quis multo gracilis te puer in rosa

l. 14. Perfusus liquidis urget odoribus?

Grato Pyrrha sub antro

Cui flauam relige comam.

2. Antispasticus trimeter acatalectus uulgo Aschlepiadeus choriambicus.

3. Dactylicus trimeter catalectus Pherenatius.

4. Antispasticus dimeter acatalectus uulgo Glyconicus choriambicus.

Septies hoc genus usurpat Poeta.

lib. 1. od. 5. 14. 21. 23. lib. 3. od. 7. 13. lib. 4. od. 13.

4.

Monocolon lib. 1. od. 1.

b. lib. 1. Meccenas atavis edite regibus

II. O et praesidium & dulce decus meum.

Antispastici trimetri acatalecti Aschlepiadei.

Extat.

lib. 1. od. 1. & II. liq. 3. od. 31. lib. 4. od. 8.

5.

b. lib. 1. Tu ne quaesieris scire, nefas, quem mihi quem tibi

5. Finem dii dederunt Leuconoë: nec Babylonios.

Antispastici trimetri acatalecti. Sapphici Hephæstioni, quod hoc metri genere integrum librum absoluisse dicatur.

Extat

APPENDIX.

87

Extat in 3. odis.

lib. I. od II. 18. lib. 4. od. 10.

DE PHALÆCIO.

Non tam observatione quàm admiratione dignum uideri poterit, quod Horatius in hoc Antisthanistico genere trimetrum catalectum secundæ formæ, quod siue ab inuentore seu celebratore Phalæco Phalæcium appellatur, non usurpat, cum ex latinis Catullo fuerit familiarissimum: Siue quod ferocientem nuper in hoc genere Catullum non æmulari sed superare in alijs uoluerit: Siue quod ab Horatio prætermisum Catullus nouo exemplo in usum latinis proponere uoluerit. Exempla infra in catullianis quadraginta ferè collecta sunt. Idem frequens Marciali genus.

VII.

IN IONICO A MAIORE.

I.

lib. I. oda 9.

Tricolon tetraastrophon.

Tab. lib. I.
oda. 5.

Vides ut alta stet niue candidum

Soracte, nec iam sustineant onus

Syluæ laborantes, geluq;

Flumina constiterint acuto.

1. et 2. Epionis trimeter catalectus hendecasyllabus.

3. Iambicus dimeter Hypercatalectus Alcaicus.

G 3

4. D40

LYRICORVM.

⚭ Dactylicus lagocedicus trimeter acatalectus.

Omniū frequentissimū Horatio quod
trices sexies usurpauit.

lib. 1. car. oda 9. 16. 17. 26. 27. 29. 31. 34. 35. 37.

lib. 2. car. oda. 1. 2. 5. 7. 9. 11. 13. 14. 15. 17. 19. 20.

lib. 3. car. oda. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 17. 21. 23. 26. 29.

lib. 4. car. oda 4. 14. 15.

VIII.

IN IOINCO A2

Minore.

I

Dicolon Distrophon.

lib. 3. oda 12.

Tab. lib. Miserarum, est neq; amori dare ludum

⚭ oda. 18. Neq; dulci mala uino lauere, aut ex-

animari metuentes patruæ. uerbera lingue

1. & 2. Ionicus trimeter acatalectus Sapphicus.

Ionicus tetrameter acatalectus Seruio alcmaticus.

Vnicum hoc exemplum extat.

IX

IN PAEONIO.

Nullam neq; Simplicis neq; compositi Speciem

Vsurpat Horatius, utpote genus carminis
infrequens præsertim latinis.

CATVLLIANA CARMINVM.

Genera numero. XL.

APPENDIX.

I IN IAMBICO.

I

Monocolon.

Suffenus trimeter Vare quem probe nosti.

Iambicus trimeter acatalectus 9 *choiambicus* Schazon.

Exempla Septem extant.

Miser fol. 7. *Suffenus*, fol. 15. *peninsularum* fol. 21. *od.* 3.

Salax taberna. 25. *Egnatius*. 26. *O fande noster*. 29

Bononiensis. 37.

60 Numeriap

Exemplar

Basilienfe

congruunt

Henrici

Petri 1539.

Fab. lib. 2.

Monocolon.

Quis hoc potest uidere, quis potest pati.

Iambici senarii acatalecti Archilochij

Bis eo utitur fol. 19. *Quis hoc.* & fol. 34. *Quid hoc*

3.

Monocolon

Cine de Thalli, mollior cuniculi capillo.

Iambici tetrametri catalecti. Aristophanici alijs

Anacreontei, extat semel, fol. 17.

Fab lib. 2.

ed. 2.

II

IN TROCHAICO.

Vide infra in antispastico.

III.

IN DACTYLICO.

H 4

I M

LYRICORVM CARM.

I.

Monocolon.

Vesper adest iuuenes consurgite, Vesper olympi.
Dactilici hexametri catalecti uulgo Heroici bis
usurpat hoc genus fol. 47. & 53.

2.

Dicolon Distrophon.

Etsime assiduo confectum cura dolore.

Seuocat à doctis Ortale uirginibus.

1. Dactylicus hexameter catalectus.

2. Dactylicus Pentameter dicatalectus uulgo Elegiacus.

Compositio est:

Ex Dactylico dimetro hypercatalectico geminato.

1. In deferenter recipit dactylū & spondeum.

2. Solos dactylos & syllabam.

Ex utitur: 70. 71. 74. 76. 83. usq; ad finem.

IIII.

Anapæsticum genus non habet.

V.

IN CHORIAMBICO.

I.

Dicolon Tetrastrophon.

Furi & Aureli comites catelli:

Sive in extremos penetrarit Indos,

Longe ubi litus resonante Eoa

Tunditur unda.

Epichea

Epichoriambici trimetri catalecti uulgo sapphici
hendecasyllabi. Bina huius generis exempla
sunt fol. 8. 33.

VI.

IN ANTISPASTICO.

Dicolon Tetrastrophon.

Dianæ sumus in fide
Puella, & pueri integri:
Dianæ pueri integri
Puellaq; canemus.

1. 2. 3. Ancispasticus dimeter acatalectus.
Viriusq; formæ.

4. Antispasticus dimeter catalectus
Vulgo hepthemimeris Antispastica.
Semel tantum fol. 22.
in carmine seculari.

2.

Dicolon Pentastrophon.

Collis ô Heliconij
Cultor, uraniæ genus
Qui rapis teneram ad uirum
Virginem, ô hymenæe hymen
O hymen hymenæe.

Fab. lib. 2.
oda. 1.

1. 2. 3. 4. Antispasticus dimeter acatalectus secun-
dæ formæ.

Vel trochaicus compositus periodicus aca-
talectus.

H S

Compo

LYRICORVM CARM.

Compositio fit:

Ex trochaico monometro acatalecto.

Iambico monometro acatalecto.

5. Antispasticus dimeter catalectus pro Antispastico
in 1. regione per totum carmen Catullus ditro-
cheum habet. Fabricus Trochaicum dimetrum
Brachycatalectum Ityphallicum esse dicit,
cum syllaba redundante: Extat semel fol. 27.

Monocolon.

Cui dono lepidum nouum libellum.

Antispastici trimetri catalecti secunda forma, vulgo

Phalæcij hendecasyllabi. Huius generis exempla
sunt. 39. cui dono. fol. 1. Passer. 1. lugete. 2. phasellus.
3. uiuamus. 4. Flauii. 4. Queris 5 ueranni 6. Varr 9.
7. Marucine. 9. Coenabis 10. Nite. 11. Commendo.
12. Prædicabo 12. Aureli. 14. Furi. 16. ô qui floscul 9.
17. Furi 18. Minister 18. Pisonis. 18. O Memmi. 19.
Amabo. 21. O furum 22. Poeta 23. Annales. 24.
Male est. 25. Que nam. 27. Acme illa. 27. Salue.
28. Acmen. 30. Iam uer. 31. Mellitos. 31. disertissime.
32. Hesterno. 32. Irascere 34. O rem ridiculam.
36. pulcre conuenit 36. Coeli lesbia. 36.

Monocolon.

Monocolon

O colonia quem cupis ponte laderè longè.
 Antispastici tetrametri Catalect. utriusq; formæ
 Diomedes Angelicos appellat Extat semel. fol. 13.

Monocolon.

Alphene immemor atq; unanimis false sodalibus.
 Antispastici tetrametri acatalecti Sapphici se-
 cundum Hephæstionem. Extat. fol. 20.
 Horatius ter usurpat.

VII.

IONICVM à maiore non habet.

VIII.

IN IONICO. à minore.

I.

Monocolon,

Super alta uectus Atys celeritate maria
 Phrygium ut nemus citato cupidè pede tetigit.
 Ionici tetrametri acatalecti Phrygiij & Galliam-
 bici. Extat simel fol. 49.

IX.

IN PAEONICO. nihil.

CARMINVM GENERA.

quibus utitur Seneca in Tragædijs.

LYRICORVM CARM.

Numeri
ad exem-
plar Basi-
lien se con-
grunt ex-
c- sum ab
Henrico
Petro An-
no 1550.

I.

IN IAMBICO.

I.

Iambicum dimetrum catalect.

Anacreonticum.

Quonam cruenta Mœnis
Præcepit amore sæuo
Rapitur? quod impotentis
Facinus parat furore.

Semel. fol 340.

2.

Iambicum trim. acat.

Soror tonantis has enim solum mihi. fol. 3.

Exempla sunt.

O magne 12. ô socia. 16. Non uetera 18. ô lucis
29. Vtrumne uisas 30. Vltrice 43. Quis hic locus
53. Quis me furor 64. Ignave. 72. Optata. 82.
Plagis 86. Quis me per auras 92. AEqualis astus
103. Festum. 107. Cæci parentis 115. Regia 128.
Perge. 132. In me arma. 134. O magna. 148. Al-
trix profare. 160. Quis me. 170. Tandem. 180.
O socia. 182. Proh. sancta. 183. O fors. 182. Quis
te. 195. Iam nocte. 202. Horrere. 211. admistis
tetrametris. Sacra tu. 214. Etsi ipsa 224. Curas
reuoluit. 235. Corinthus. 236. letus 239. prædi-
cta 242 Bene habet. 246. Quicunq; 250. Quam
longe 258. Cum leta. 259. Quid mæsta. 268.

Matris

Matris 282. Quicunq; 288. O dira 294. Dij con-
iugales 303. Occidimus 309. Medea. 311. Alumna.
320. O dura. 322. Pauet 333. Perire 342. Opaca.
349. Quid segnis 354. Quod tempus 359. De-
lubra. 366. Tandem. 383. Res agitur. 387. Fuge.
389. Phocide. 389. Mactis. 391. Fulgore. 396. To-
leranda. 399. quid me 410. Perage. 413. Tellure.
420. Quo trepida. 426. O lenta. 430. Populi.
431. Sator. 439. O quam. 449. Vngas. 468. Pro-
fuge. 470. conuerte. 486. conuerte. 492. proh
lux. 497. Effare 505. Timete 511. Quid me. 519.

II.
IN TROCHAICO.

I.

Trochaicum compositum periodicum acat.

Fata si liceat mihi

Fingere arbitrio meo.

Trochaici compositi ex { Trochaico monom. acat.
cat.
Iamb. monom. acat.

Cadit et sub antispasticum dimetrum acata
lectum secundae formae ut infra. Extat se-
mel. fol. 240.

2.

Trochaicum tetram acat.

Vos

LYRICORVM CAR.

Vos precor uulgus silentum, uosq; ferales deos.

fol. 336. admistis iambicis, anapesticis. & alijs

III

IN DACTYLICO.

Heroic. Hexam.

Effusam redimite comam mutante corymbo.

fol. 219 insertis trochaicis, anapesticis Sapphicis,
& alijs uarijs

IIII

IN ANAPÆSTICO.

I

Anapæsticum dimetrum Acat Aristophanicum:

Archilochium & laconicum ab alemane Lacone

Iam rara micant sidera prono

Languida mundo mox uicta uagos

Contrahit ignes, luce renata

Cogit nitidum Phosphorus agmen.

admisto semel adonico.

Extat fol. 9. Turbine 9. luget æther. 49. ad-
mistis duobus adonicis. Quo terrarum. 69. inserto
uno atq; altero Adonico. pectora 105. Ite umbrosas
145. O magna. 186. admistis anapestis monometris
Quanti casus. 139. Non in tantis 232. admistis &
trochæis Fatis agimur 245. Non rude. 253. tribus
adonicis insertis. Huc è latebris. 280. Audax. 316.
admistis 3, adonicis. O regnorum 352. insertis duo-
bus

bus adonicis. Canite. 363. iam uaga. 394. O mea
397. Quæ fama 406. Parcite 422. si uera. 428.
Itemus 463. Flete. 516. Nunquam stygis 521. ad-
mixto. adonico:

V

IN CHORIAM.

Monocolon.

Natus Euristheus properante partu.

Epichoriam. trim. catalecti uulgo Sapphici hendeca-
syllabi. Exempla sunt credat. 88. unico inserto
adonico. Diua fol. 156. Fugit insane. 176 duobus
admistis adonicis occidis Cadmi. 206. admistis. 4.
adonicis & anapesticis dimetris monometris &
non nullis iambicis trimetris. Quæ uocat 285. tribus
insertis adonicis. Dulce mœrenti. 294. addito
adonico O decus. 501. cum adonico.

2

Dicolon Distrophon.

Nulla uis flamma tumidiq; uenti
Tanta nec teli metuenda torti
Quanta cum coniunx uiduata tædis
Ardet & odit. fol. 328.

in

LYRICORVM CARM.

Inde post interualla sequuntur mixta car. genera. Polymorpha.

V.

IN ANTIPASTICO.

I.

Monocolon.

Antispasticum dimetrum acatalectum primæ formæ uulgo Gliconicium, admittens in i. regione epitritum quartum uel spondeum & Iambum.

Thebis leta dies adest

Aras tangite supplices

Pingues cedite uictimas. fol. 41.

Exempla

Tandem regia. fol. 78. uerum est. 481.

2.

Idem genus Secundæ formæ recipiens

in i. regione ditrochæum

Fata si liceat mihi fol. 240.

Referri potest inter trochaicum compositum quod periodicum uocant de quo supra.

3.

Antispas. trim. acat. uulgo choriamb. Asclepiadeus

O fortuna uiris inuida fortibus

Quam non æqua bonis præmia diuidis? fol. 25.

Argos

APPENDIX.

65

Exempla sunt:

Argos de superis. 69. Verum est. 266. Ad
regam thalamos. 306. admistis Gliconicis. Quam
mortalibus. 373. admistis dactylicis anapesticis,
Iambicis, adonicis, Phalecijs, Trochaicis & alijs.
Argos nobilibus. 384. insertis Iambicis, Trochai-
cis, sapphicis par est ille. 443.

VII. VIII. IX.

In reliquis tribus posterioribus generibus, Ionio
utroq; & Pœonio nullum extat exemplum in
hoc Poeta.

APPENDIX.

De carminum generibus quibus utitur
chorus apud Senecam.

Etsi tragica Poesis à Lyrica distincta est, suaq;
habet propria & peculiaria carminum genera,
quibus utuntur personae interloquentes, ut ferè sunt
Iambica & trochaica, quibus gaudent diuerbia:
quia tamen & quaedam sunt communia & recipro-
ca, quae & lyrica & scenica poesis admittit, in
tabella quasi subiunximus, quae choro propria sunt
apud Senecam. Est autem chorus propriè multi-
tudo canentium uel saltantium. Nam multorum
I uocibus

LYRICORVM CARM.

Vocibus & concentu Constat, ut Seneca & Macro-
bius tradunt. Et apud priscos ex seruis Sympho-
niacis comparabatur, unde apud iurisconsultum
lib. 3 de legatis: si chorus legaretur, perinde est,
quasi singuli homines mitterentur. Plato^a chara-
gaudio: Festus à Corona d'riuat, utitur autem his
carminum generibus.

Iamb. dim. acatalaecto.

Quo nam cruenta Menas? fol. 340.

II.

Trochaico periodico Composito

Fata si licent mihi: fol. 240.

III.

Dactilico Hexam. mixto.

Effusam redimite comam nutante corymbos

IIII.

IN ANAPAESTICO.

Dim. Acat. Aristophanico.

Iam rara micant. fol. 8. 9. 49. 69. 186. 193. 232.

245. 253. 316. cum adonico. 352. 363. 394. 406.

426. 428. 433. 448. 486. 521.

V

IN CHORIAMB.

Epichoriambico trimetro catalecto. quod Sapphi-
cicum hendecasyllabum dicitur.

Absq;

APPENDIX.

66

1.

Absq; Adonico.

Natus Euristheus, fol. 39. 88. 156. 206. 294. 501.

2

Cum Adonico post aliquot uersus inserto
Fugit insana similis procella. 176 207 285. post 8.
Versus & 329. post 3. & 8. uersus

VI

IN ANTISPASTICO.

1

Antispas. Dimi acatalect. uulgo Glycon.
Thebis leta dies adest. fol. 41. 78. 481.

2

Antispast. trim. acat seu choriamb Asclepiadio
O fortuna uiris inuida fortibus. fol. 25. 69. 240.
266. 305. 443. 384 insertis Iambicis trochaicis
Sapphicis 574. admixtis uarijs Speciebus car. idq;
in diuerbijs cum cassandra quod rarū est in Seneca.

SEQUUNTUR CARMINVM GE-
nera quibus utuntur Poëtae Christiani, ueteres &
recentiores. partim à superioribus desumpta partim
ab alijs addit, de quibus sic inquit Fabricius
in commentario Poëtarum
Christianorum.

I 2

Pro

LYRICORVM CARM.

(1. Prototypa quæ sunt simplicia & originis propria, quorum inueniuntur in Poëtis ueteribus ecclesiasticis species nouem.

- | | |
|------------------------------|--------------------|
| 1. Iambicum dimetrum | 7. Hendecasyllabum |
| 2. Iambicum trimetrum. | Sapphicum. |
| 3. Dactylicum trimetrum | 8. Choriambicum |
| 4. Dactylicum tetrametrum. | trimetrum. |
| 5. Anapesticum trimetrum | 9. Choriambicum |
| 6. Hendecasyllabum Phalæcum. | tetrametrum. |

Horum omnium ibidem exempla uide.

2. Paragoga ex illis prioribus composita ti Euar- mostia decenti & pulcra quedam consignatione, cuius duas species reperire est apud Prudentium.

1. Dactylicum hexam. Archiloch. comp. epicat. prudent. peristeph. oda. 13. Punicam terram tulit, quo splendeat omne quicquid usquã est.
2. Iamb Sen. Hipponactium Diomedii colubrum. Pius fidelis &c. de quo infra. sub 6. specie Iambi.

3. Amphibitissima Dubia & in controuersia posita quo nam sint referenda, ut est trochaicum octonarium catalectum, Archilochium dicitur. Prudent. 9. catheni.

Da puer plectrum, choreis ut canam fidelibus.
Et fortunatus :

Pange

Carmi=
num ge=
nera, qui
bus Poe=
tae uete=
res Ec=
clesiasti=
ci utun=
tur, Se=
cundum
Atiliũ
sunt uel.

Pange lingua gloriosi praelium certaminis.

Infra uide in Trochaico.

C A R M I N U M G E N E R A

apud Prudentium.

I.

I N I A M B I C O.

1.

Monocolon Tetrastrophon.

Ades pater supreme

Quam nemo uidit unquam,

Patrisq; sermo Christe

Et spiritus benigne.

Iambici dimetri catalecti Anacreontei.

Extet semel. lib. catheme. hym. 6.

2.

Monocolon Tetrastrophon.

Alis diei nuncius

Lucem propinquam praecinit:

Nos excitator mentium

Iam Christus ad uitam uocat.

Iambici dimetri acatalecti. Extant exempla huius

generis 6. lib. cathem. hym. I. 2. II. 12.

Peristeph. 2. 5.

3.

Monocolon Pentastrophon.

O Nazarene dux Bethlem, uerbum patris

Iambici trim. acat. Tribus locis extat.

I 3

Ab.

LYRICORVM CARM.

lib. cathem hym. 7. peristeph. 10. Hamartig. in
praefatione

4.

Monocolon.

Agnes sepulcrum est Romulea in domo.

Iamb. Comp. Alcaici. Procatalecti ex { Iamb. mono.
hyper.
Dactil. dim.
acat.

Semel tantum lib. peristeph. hym. 14.

5.

Dicolon Distrophon.

Et uera secta te magister consulo

Rectam ne seruamus fidem

Versus: Iamb. trim. Acat.

Iamb. dim. acat.

Semel extat in apotheos. car. Epod.

6.

Dicolon Distrophon.

Pius fidelis, innocens pudicus.

Dona conscientiae

1. Iamb. trimeter. catalectus Hipponacteus
colubus Diomedi.

2. Troch. dim. cat. Euripideus.

Semel tantum in peroratione operis.

II.

A P P E N D I X.

69

I N T R O C H A I C O.

I

Monocolon Tristrophon.

Da puer plectrum, choreis ut canam fidelibus
Dulce carmen & melodum: gesta Christi insignia,
Hunc Camœna nostra solū pangat, hunc laudet lyra

Trochaici tetram. cat. Archilochici.

Bis tantum. Cath. 9. Peristeph. 1.

IIII.

I N D A C T Y L I C O.

I.

Monocolon Pentastrophon.

O crucifer bone, lucifator
Omnipotens, pie uerbigena
Edite corpore uirgineo
Sed prius in genitore potens
Astra solum, mare quam fierent.

Dactyl. trim Hyperat Alcmænici sen
heptemimeris dactylica.

Extat bis. cathem. hym 3 peristeph 3.

2.

Dicolon Distrophon.

Sylla ^{an}forma statuit Cornelius, hoc Itali urbem.

Vocant, ab ipso conditoris nomine.

Versus: Dactylici hexam. heroici cat.

Iam. dim. cat.

Semel extat peristeph. 9.

I

4

3

Dico

LYRICORVM CARM.

3.

Dicolon Distrophon.

Electus Christo locus est, ubi corde probata
Prouehat ad coelum sanguine, purget aqua.
Versus Elegiaci. Bis extat. peristeph. 8. II.

4.

Monocolon.

Punica terra tulit, quo splendeat omne, quicquid us-
quam est. Versus Dactyl. Arch. Hexam.
comp: Epicatalecti.

Compositio est ex { Dactylico tetram. acata-
lecto.
Trach. Dim. Brachicat.

Extat semel peristaph. 13.

5

Dicolon Distrophon.

Plus solito cœnant ad gaudia dic amice quid sit
Romam per omnem cursitant, ouantq;
Versus: I. Dactyl. Arch. Hex comp. qualis precedēs
2 iam: Sen. catalect. colubas Diomedi.
Semel extat. Peristephanon. 2.

IIII.

IN ANAPASTICO.

I

Monocolon Tetrastrophon.

Deus

A P E N D I X.

69

Deus ignee fons animarum
Duo qui socias elementa
Viuum simul & moribundum,
Hominem pater effigiasti.

Versus:

Anapestici dim. catalecti.
Extat semel. Cathem. 10.

V

IN CHORIAMBICO.

I

Dicolon Tetrastrophon.
Christe seruum regimen tuorum
Mollibus qui nos moderans habenis
Leniter frenas, faciliq; septos
Lege coërees.

Versus: Epichoriab, trim. cat.

Vulgo sapphici: Hendecasyllabi.

VI

IN ANTISPASTICO.

I

Monocolon Pentastrophon.
Insignem meritis uirum
Quirinum, placitum Deo
Vrbis moenia Sicciae
Concessum sibi martyrem
Complexu patrio fouent.

18

Versus

LYRICORVM CAR.

Versus.

Antispast. dim. cat. primæ formæ. uulgo Glyconici.
Extat bis Peristeph 7. & lib. 2. contra Symachum
in præfatione.

2.

Tricolon Tristrophon.

Per quinquennia iam decem
Ni fallor, fuimus: septimus insuper
Annum cardo rotat: dum fruimur, sole uolubili.

Versus:

1. Antispast. Dimeter. acat. uulgo Glyconicus.
 2. Antispast. trim. acat. uulgo choriamb.
 3. Antispast tetram. acat. Sapphicus.
- Extat semel, in præfatione Cathem.

2.

Monocolon Tristrophon.

Pastis uisceribus, ciboq; sumto
Quem lex corporis imbecilla poscit
Laudem lingua deo patri rependat.

Versus:

Antispast trim. cat. secundæ formæ uulgo phalæcum
Hendecasyllabi
Eo utitur bis, Cathem. 4. Peristeph 6.

4.

Monocolon Tetrastrophon.

Inuentor rutili dux bone luminis

Qui

Qui certis vicibus tempora diuidis:
 Merso sole chaos ingruit horridum
 Lucem Christe tuis redde fidelibus.

Versus. Antispast trim. acat uulgo choriamb.
 Asclepiadi

Extat bis. cathem. 5. lib. i. contra Symmachum
 in praef.

VII. VIII. IX.

Posterioribus reliquis caret Prudentius.

BOETIANA CARMINVM

Genera in V. libris consolationum
 Philosophicarum

I

IN IAMBICO.

I

Monocolon.

Habet omnis hoc uoluptas
 Stimulis, agit furentes,
 Apiumq; par uolantum
 Vbi grata mella fudit.
 Fugit, & nimis tenaci,
 Ferit icta corda morsu.

Versus.

Iam b. Dim. Catalect. Anacreontici.
 Extat semel. lib. 3. car. 7.

2

Dicolon Distrophon.

Qui

LYRICORVM CARM.

Quisquis uolet perennem

Cautus ponere sedem

1. Iamb. dim. cat. Anacreont.

2. Dactylicus trimeter acat. phereciatus.

Extat Semel. lib. 2. metr. 4.

3.

Monocolon.

Hæc cum superba uerterit uices dextra.

Et æstuantis more fertur Euripi.

Versus. Iambici trimetri Acatalecti Hipponactei

uulgo Scæzontes. Bis hoc genere utitur : lib. 2.

metr. 1. lib. 3. metr. 2.

4.

Dicolon Distrophon.

Quicumq; solam mente præcipiti petit.

Summamq; credit gloriam.

1. Iambicus senarius acat. Archilochius.

2. Iamb. dimeter. acat. Archiloch.

Semel extat. lib. 2. metr. 7.

5.

Dicolon Distrophon.

Quamuis fluente diues auri gurgite

Non expleturas cogat auarus opes.

Versus : 1. Iamb. sen. acat.

2. Elegiacus Pentameter. Extat semel. lib.

3 metr. 3.

II.

IN

APPENDIX.

91

IN TROCHAICO.

1.

Dicolon Distrophon.

lib. 4. metr. 2.

Quos uides sedere celso
Solij culmine reges.

Versus 1. Troch. dim. acat.

2. Ionicus à minore, dimeter, acatalectus Anacreonteus primæ formæ: si omnes unius generis Versus sint, qui ab ionico huius formæ incipiant. Sin à spondeo: sub Dactylicon trimetrium catalectum, quod Pherecratium uocant, referendus.

2.

Dicolon Distrophon.

Si quis Arcturi sidera nescit
Propinqua summo cardine labi.

Versus:

1. Trochaicus Boetianus Dicatalectus compositus.

Compositio est ex { Trochaico. mon. hyp.
Dactyl. Dim. cat.

2. Iambicus compositus Boetianus Dicatalectus

Compositio est ex { Iamb. monom. hyp.
Dactyl. Dim. cat.

Extat semel, lib. 4. metro. 5.

4. IN

LYRICORVM CAR:

III.

IN DACTYLICO

I

Monocolon.

Nubibus atris

Condita nullum

Fundere possunt

Si era lumen.

Versus: Dactylci dimetri catalecti uulgo Adonici
Extat semel, 1. metro 7.

2

Dicolon Distrophon.

Omne hominum genus in terris

Simili surget ab ortu.

Versus.

1. Dactilicus trim. hypercat. Almanici.

2. Dactyl. trim. cat. pherecratius
Extat semel lib. 3. metr. 6.

3

Monocolon.

Qui serere ingenuum uolet agrum

Liberat arua prius fruticibus.

Versus.

Dactilici tetrametri catalecti in dyssillabum

Vulgo appellatur hoc genus carminis Dactilicum.

Sereni, Si penultima Sit breuis.

Extat

APPENDIX

72

Extat semel lib 3. metro 1.

4

Dicolon Distrophon.

Sunt etenim pennæ uolucres mihi

Quæ celsa conscendunt poli.

1. Dactylicus tetram. acat. alcmannicus.

2. Iamb. dim. acat. Archilochius.

Extat semel lib. 4. metro 1.

5

Monocolon

Heu quam præcipiti mersa profundo

Mens habet, & propria luce relictæ.

Versus.

Dactilici Compo siti Dicatalecti.

Compositio est ex { Dactyl. dim. hypercat.
Dact. dim. cat.
Seu adonico.

Extat semel lib. 1. metr. 2.

6.

Monocolon,

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Terrarum coeliq; sator qui tempus ab æuo.

Versus: 1. Hexametri Dactylici heroici.

Extat semel lib 3. metr. 9.

7.

Dicolon Distrophon

Tunc

LYRICORVM CAR.

Tunc me discussæ liquerunt nocte tenebræ
Luminibusq; prior redijt uigor.

Versus: 1. Dactilicus hexam. heroicus.

2. Dactyl. tetram. acat. Alcmanicus.

Extat semel. lib. 1. car. 3.

8.

Dicolon Distrophon.

Carmina qui quondam studio florente peregi
Flebilis heu mœstos cogor inire modos.

Versus: Elegiacicum Hexam. Extat bis lib. 1. metro 1.
ac lib 5. metr. 1.

9.

Monocolon.

Quam uarijs terras animalia. permeant figuris

Versus: Dactilici hexam. Brachycat. compositi.

Compositio est ex:

Dactilico tetram. acat.

Trochaico. dim. Brachye.

Extat semel. lib. 5. cor. 5.

IIII.

IN ANAPAESTICO.

I

Monocolon.

Felix nimium prior ætas.

Contenta fidelibus aruis

Nec inerti perdita luxu

Facili

Supra 7.
Species Da
ctylici Ho
ratiani.

Facili quæ sera solebat
ieiunia soluere glande.

Versus.

Anapestici dimetri catalecti. in syllabam
Vulgo partheniaci. Extat bis lib. 2.
metr. 5. lib. 3. met. 5.

2.

Monocolon.

O stelliferi conditor orbis
Qui perpetuo nixus folio
Rapido coelum turbine uersas
Legemq; pati sidera cogis.

Versus.

Anapestici dim acat. Aristophanici. quanquã
secundus sit superioris formæ præcedentis.
Eo utitur, quinquies: lib. 1. metr. 5. lib. 3.
met. 2. lib. 4. metro 6. lib. 5. metr. 2. lib.
5 metro 3.

V.

IN CHORIAMBICO.

I.

Monocolon.

Novimus quantas dederit ruinas
Urbe flammata, patribusq; cesis:

Versus:

Epichoriambici trimetri catalecti. Vulgo sap-
pbici Hendecasyllabi.

K

Bis

LYRICORVM. CAR.

Bis hoc genere utitur lib. 2. metro 6. lib. 4. metro
7. Ibi adonico terminatur.

2.

Dicolon Distrophon.

Cum polo phœbus oseis quadrigis
Lucem sp̄a gere cœperit

Versus. 1. Eiusdem for̄næ cum præcedentibus.

2. Antispasticus dimeter. acat. secundæ for̄næ
Vulgo Glyconicus.

Semel extat lib. 2. metro 3.

VI.

IN ANTISPASTICO.

1.

Monocolon.

Cum phebi radijs graue
Cancris fidus inæstuat.

Versus. Antispastici dimetri Acatalecti: vulgo
Gliconici. Extat hoc genus quinques lib. 1. met.
6. lib. 2. metro 8. lib. 3. metr. 12. lib. 4. met. 3.
lib. 5. metro 4.

2

Monocolon.

Quisquis Composito serenus æuo
Fatum sub pedibus dedit Superbum.

Versus: Antispastici trim. cat. vulgo Phalacii
Hendecasyllabi

Extat bis lib. 1. metr. 4. lib. 3. metro 5.

3 Dicon

3.

Dicolon Distrophon.

Quamvis se Tyrio Superbus ostro
Comeret, & niueis lapillis.

Versus. 1. Antispast trim. cat. uulgo hendecasyllabus

2. Dactilicus trimeter acatalectic. Lagœdicus
qualis ille Horatij lib. 1. od. 9. Flumina con-
stituerint. accuto. Sic enim Pulmanni dispositio
Corrigenda est

4.

Dicolon Distrophon.

Eheu quam miseros tramite deuis
Abducit ignorantia.

Versus 1. Antispasticus trimeter acatalectic uulgo
choriambicus Asclepiadeus.

2. Iambicus dimeter acat.

Extat semel lib. 3. metro 3.

5.

Dicolon Distrophon.

Si quantas rapidis flatibus incitas
Pontus uersat arenas.

Versus.

1. Eiusdem generis cum precedente.

2. Dactilicus trimeter catalectic Phereciatus.

Extat semel lib. 3. metro 2.

6.

Dicolon Distrophon.

K z

Quid

LYRICORVM CARM.

Quid tantos iuuat excitare motus
Et propria factum sollicitare manu?

Versus.

1. Antispasticus trimeter catalectus uulgo phalœci9.

2. Elegiacus Pentameter Dactylicus.

Extat semel lib. 4. met. 4.

VII. VIII. IX.

Tribus posterioribus sequentibus utroq; Ionico &
Peonico non utitur Boëtus.

CARMINVM GENERA QVIBVS

utitur Georgius Buchananus Scotus in Psal-
terio, singula in suam sedem & clas-
sem accuratius restituta. nu-
mero XXX.

I.

IN IAMBICO.

I.

Monocolon.

Si spiritu impotenti
Si lumine insolenti
Elatus ambulauit.

Versus.

Iambici Dimetrii catalecti Anacreontici.
Extat semel. Psal. 131.

2.

Monocolon.

In Argenti-
nensi co-
dice Gen.
Car.

28.

Quo

Quousq; rector unice
Me destinatum negliges?
An sempiterna me obrutum
Oblivione deferes.

10.

Versus: Iambici dimetri Acatalecti.

Hoc genere utitur Psalmus. 13. 31. 37. 47. 54. 59.

86. 96. 98. 117. 148. 149. 150.

3.

Dicolon Distrophon.

Heu quanta numero viribusq; factio
Me vexat odijs impijs.

3.

Versus: 1. Iambicus Trimeter acatalect.
2. Iamb. Dim. acat.

Extat uicies octies. Psal. 3. 6. 21. 22. 27. 34. 38. 39.

41. 44. 48. 53. 62. 74. 76. 79. 87. 92. 110.

112. 115. 120. 127. 133. 134. 139. 141. 147.

4.

Monocolon Tetrastrophon.

Me ui Tyrannus persequitur palam.
Me clam maligna fraude calunnia.
Te, qui latebras pectoris inspicis
Appello, rerum conditor optime.

15.

Versus:

Iambici compositi Alcaici Trimeri procatalecti.

Compositio hæc est:

1. Ex Iamb. monometro hypercatalectico seu
Iambica Pentemimeri: Vt

X 3

2. Dacti-

LYRICORVM CARM.

2. Dactylico dimetro Acatalecto.

Vel.

Epionici Trimetri catalecti.

Extat Septies, psal. 26. 32. 49. 61. 71. 73. 143.

5.

18.

Dicolon Distrophon.

Vt exta flammis mille sacrificis cremes
oscula des saxis ingeminesq; preces.

Versus:

1. Iambicus trimeter acatalectus.

2. Dactylicus pentameter.

Extat bis psal. 36. 63.

6.

14.

Monocolon.

Hic fidat armis, plebe se clientium

Defendat alter, militumq; copijs.

Versus: Iambici trimetri acatalecti.

Extat tribus Psalmis, 25. 94. 106.

II

IN TROCHAICO.

1.

Tricolon Tristrophon.

Incolæ terrarum ab ortu

Solis ultimum ad cubile

Eia domino Psallite.

Versus. 1. 2. Trochaici dim. Acatalectici Alcmantici.

3. Troch.

1. Trochaicus dimeter catalect. Euripideus.
Extat semel Psal. 66.

2.

Dicolon Distrophon.
Orbis omnes incolæ
A sole Eoo ad hesperum
Versus

23.

1. Trach. dim. cat.

2. Iamb. dim. acat.

Extat psalm. 100.

3.

Dicolon Distrophon.
Canite dominum & inuocate
Nomen eius, exteris &c.
Versus: Troch. dim. acat. Alcmanico
Troch. dim. cat. Euripideus
Extat psal. 105, 129.

24.

4.

Monocolon.

O beatos qui sequuntur orbitam legis Dei,
O beatos: qui monenti sponte parent numini.
Versus: Trochaici tetrametri catalecti. Archilochi.
Bis tantum. psal 119 124.

27.

III.

IN DACTYLICO

I

Dicolon Distrophon.

K 4

Affet

LYRICORVM CARM.

9. Affer opem, seruator opem fer, pulsa recessit
Intemerata fides.

Versus: 1. Heroicus hexam. catalect.
2. Dactylicus Archilochius Dim. Hyper-
catalecticus seu Dactylica pentemimeris
Semel tantum. Psal. 12.

21.

2.

Dicolon Distrophon,
Exultate Deo nostro, bona dicite uerba.
Nostræ salutis uindici.

Versus. Heroici Hexam. catalect.
Iamb. dim. acat.
Semel. Psal. 81.

29.

3.

Tricolon Distrophon.
Pectore te grata dominumq; deumq; fatebor.
Coram superbis regibus
Et tua facta canam.

Versus.

Heroicus hexam catalectus.
Iamb. dimeter acat.
Dactylicus Archilochius Hyper-
Extat semel Psal. 133.

4.

Tricolon Tristrophon.

30. Te regem dominumq; canam dum lucida uoluet
Lucidus astra Polus.

Et

Et unicum colam Deum.

Versus.

1. Heroicus hexam. catal.
2. Dactylicus Archol. Hype.
3. Iamb. dim. acat.

Extat semel Psal. 145.

5.

Dicolon Distrophon.

O pater o hominum diuumq; aeterna potestas
Syncera mihi conscie mentis.

Versus:

1. Heroicus hexameter catalectus.
2. Dactylicus AEolicus tetrā. catalectus.

Eo utitur Psal. 4. 111.

6.

Dicolon Distrophon.

O qui perpetuis orbem moderaris habenis
Placidos bonus exere uultus.

20.

Versus.

1. Heroici hexam. catalect.
2. Anapaesticus dimeter catalect. Parthenia-
cus Seruio. Bis Psal. 68. 88.

7.

Dicolon Distrophon.

22.

Luce uoco te, nocte uoco te, sola salutis
Spes columen uitae praesidiumq; meae.

K 5

Versus.

LYRICOR V CAR:

Versus

1. Heroicus hexameter catalect.

2. Dactilicus compositus pentameter Dicatalectus
ex Dactylico dim hypercat geminat. 10
Eo utitur Psal. 88. 114. 137.

8.

Dicolon Distrophon

Quid trepidæ gentes uano fremuere tumultu,
Minisq; populi. Sæuiunt inanibus.

Versus.

1. Heroicus hexam. catalect. in distichium.

2. Iambicus trim. acat.

Eo utitur decies Sexies. psalm. 2. 10. 20. 24. 57.
60. 69. 83. 93. 95. 97. 108. 109. 118. 126. 136.

9.

Monocoloon,

Felix ille animi quem non detramite recti.
Impia sacrilega flexit contagio turba.

Versus: Heroici Dactylici hexam. cat.

Eo utitur. psal. 1. 18. 45. 78. 85. 89. 104.
107. 132. 135.

III.

IN ANAPAESTICO.

I.

Monocolon

Psallite dominum pueri, domini
Nomen festo tollite cantu.

Versus

Versus.

Anapestici Dim. pindarici alijs Aristophanici &
Archilochij Extat psal. 113.

V

IN CHORIAMB.

1.

Dicolon Distrophon.

Vos quibus pura est amor æquitatis
Læti pangite carmina.

Versus:

1. Epichoriamb. trimeter catalectus vulgo

Sapphicus hendeca syllabus.

2. Dactyl. Trimeter Acatalect. Simonideus.

Eo utitur psal. 33. 70. 121. 142.

2.

Dicolon Distrophon.

Gentis humanæ pater atq; custos

Quam sancta maiestas tui.

Versus: 1. Eiusdem generis cum superiore primo.

2. Iamb dim. acatalectus.

Semel Psal. 8.

3.

Dicolon Distrophon

Æquus exaudi bone rector orbis

Æqua poscentem: tibi quas profundit

Lingua non mendax, cape non iniqua

Aure querelas.

Versus

LYRICORVM CARM.

Versus:

1. 2. 3. Epichoriamb. trim. catal. uulgo sapphici
hendecasylla.

4. Choriambicus monometer hypercatalectus
Vel pentemeteris choriambica uulgo.

Adonicus.

Extat octies. Psal. 5, 17. 51. 55. 65. 67. 72. 90.
101. 103.

VI.

IN ANTISPASTICO.

I.

36.

Dicocolon Tetrastrophon.

Toto pectore diligam

Vnice & dominum colam

Qui lenis mihi supplici

Non daram appulit aurem.

Versus:

1. 2. 3. Gliconici Antispast. dim acatalecti uniusq;
formæ.

4. Dactylicus Pheracriatius trimeter catalect. in
dissyllabam. Eo utitur Psal. 116 122. 128.

2.

II.

Dicolon Distrophon.

Secum insania callide

Indulgens uitijis sic loquitur: DEVM.

Versus:

1. Antisp. dim. acat. uulgo Gliconicus.

2. Ant.

A P P E N D I X.

79

2. Antispast. trim. acat. uulgo Choriambicus
Asclep. Eo utitur Psal. 14. 35. 43.

3.

Dicolon Distrophon.

O rerum sator & salus
Humani generis certa periculis
Qui te respicit unum famulū instantib9 cripe.

12.

Versus.

1. Antispast. dim. acat. uulgo Gliconicus
2. Antispast. trim. acat. uulgo choriambicus.
3. Antispast. tetram. acat. sapphicus apud Hæ-
phæstionem qualis ille Horatij. lib. 1 od. 11
Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quem tibi.
Extat semel. Psal. 16.

4.

Tricolon Tristrophon.

Rerum certa salus, te cano, gratias
Exoluo meritis exanimo tibi.

8.

Et miranda futuris
Pandam facta nepotibus.

Versus: 1. & 2. Antispast trim acat. uulgo choriamb.

3. Dactylicus trim. cat. pheretiatus.

4. Glicon. trim. Acatalect.

Eo utitur Psal. 9. 69. 84. 130.

5.

Dicolon Tetraastrophon.

16.

Quid

LYRICORVM CARM.

Quid frustra rabidi me petitis cates?
 Liur propositum cur premis improbus?
 Sicut pastor ouem me dominus regit
 Nil deerit penitus mihi.

Versus: 1. 2. 3 Antispast. trim. acat.
 4. Glycon. dim. acat.

Eo utitur Psal. 23. 42. 75. 99. 1. 2. 144.
 6.

Monocolon Tetraastrophon.
 princeps stelliferis altior orbibus.

vite praesidium et certa salus mea. 7. 8.

Versus: Antispast trim. acat. lectici
 Eo utitur psal. 28. 40. 80.

VII

IN IONICO AMAIORE.

I.

Tricolon Tetraastrophon.
 In te salutis spem posui meae
 Seruator orbis: faucibus hostium
 Me libera, qui mente saeva
 Interitum mihi moliuntur.

Versus:

1. 2. Epionici trimetri catalecti Hendecasyllabi
3. Iamb. dimeter. hypercat. Archilochius.
4. Dactylicus Lagaoëdicus Trim. acat Alca.
- Eo utitur psal. 7. 11. 15. 19. 30. 46. 50. 56.
58. 77. 82. 91. 123. 125. 140. 146.

8 9.

APPENDIX.

80

VIII & IX

In Ionico à minore & penico deficiit
FABRICIANA CARMINVM.

Genera in III. odarum libris.

Horum omnium numero sunt LX: atq; hoc ordine
continentur

I. Liber odarum habet XIX. & totidem car-
minum genera, omnia ex Horatio desumpta,
& supra exposita.

II. Odas XVII. cum totidem carminum gene-
ribus quorum priora VII. sunt Catulliana:
X. reliqua prudentiana, utraq; haftenus
expresfa.

III. Odas XXIII. totidem carminum gene-
ribus exprefas ex Boëtio & alijs, quae deinceps
exponenda sunt.

I. IN IAMBICO.

Dicolon Distrophon.

Quicunq; ad astra uocem

Tollere feruidus optat.

Versus. 1. Iamb. dim. cata. Andacreonticus

2. Dactyl. trimeter catalectus in disyllabum Aleman-
nicus. Extat lib. 3. oda 20.

2. Dicon

LYRICORVM CARM.

Ex claudi-
ano in epi-
thalamio
de sumtū.

2.
Dicolon Pentrastrophon.
Deum affatim benignus
Bona cuncta pollicetur
Bona plura largiendo
Pollicitis uerè animum
Nobilitat paternum.

Versus:

1. 2. 3. Iam Dim. Anacreontei.
4 Choriamb. dim. acat.
5 Choriamb. dim. catalect. Aristoph.
Extat lib. 3 oda. 22.

3.
Dicolon Distrophon.
Primi parentis proditor
Simplicisq; foemina.

Versus: Iamb. dim. acat.
Troch. dim. catal.
Extat. lib. 3. od. 18.

4.
Dicolon Tetrastrophon.
Daturus aris munera seu preces.
Et ante summi stans oculos Dei
Mox quicquid fellis amaro
Circumfers pectore pone.

Versus:

1. 2. Iamb

1. 2. Iamb. composit Alcaici procatalecti.

Compositio est ex { Iamb. mong. hypercat.
Dactyl. Dim. acat.

3. 4. Anapaestici dimetri catalecti Seruio Partheni-
niaci uulgo Heptemimeris Anapaestica
Sic enim ceterius constabit hoc car. genus.
Extat. lib. 3. oda. 1.

5.

Monocolon Tetrastrophon.

Non ulla sic est certa serenitas
Quam non procellosi inter eant dies:
Sic parte ab omni nemo beatus est,
Qui non malorum casu aliquo ingemat.

Versus:

Eiusdem generis cum primis duobus ex precedente.

6.

Dicolon Distrophon.

Quid arua sunt Calabriae feracis
Quid Hybla. quidue hymettus?

Versus:

1. Iamb. trim. catalect. Diomedi colubus.

2. Iamb. dim. catal. Anacreonteus. ex puris Iambis.

Hec posteriora duo ex 2. lib. odarum
inserta sunt.

II.

IN TROCHAICO.

L

I. Mon=

mb

LYRICORVM CARM.

1.

Monocolon Tetraastrophon.

Huc ades supremi

Filius tonantis

Virginisq; partus

Unicus puella.

Versus₂

Trochaici dimetri Brachy actalecti Ithyphallici.

Extat lib. 3. oda 3.

2.

Dicolon Distrophon.

Vt sciens sit rector ipse.

Ratisq; littorisq;.

Versus: 1. Troch. dim. acat. Alcmanicus.

2. Iamb. dim. cat. Anacreon.

Extat lib. 3. oda 19.

3.

Dicolon Distrophon.

Quicquid in coelo soloq;

In marisq; fit patentis æquore.

Versus.

1. Trochaicus dim acat Alcmanicus.

2. Trochaicus trim. cat Archilochius seu
Iambicus Acephalus.

Extat lib. 3 oda 21.

4 Dico=

4

Dicolon Distrophon.

Pulchra Paestans ut rosa in hortis
Nascente mittit uere corymbos.

Versus:

1. Troch. Compositus Dicatalectus Boëtianus

Compositio est ex. { Trachaico monometro hypere.
Dactyl. dim. catalecto.
Seu adonico.

2. Iamb. Boëtianus Compositus Trim. Dicatalectus

Compositio est ex. { Iamb. mon. hyper.
Adonico.

Extat lib 3. oda 12.

II I

IN DACTYLICO.

1.

Monocolon Tetraastrophon.

Vnica Vita.

Regula Christe.

Conditor orbis

Atq; redemptor.

Versus: Dactyl. dim cat.

Vulgo Adonici.

Extat lib. 3. od. 11.

2

Monocolon Tetraastrophon.

L 2

Qui

LYRICORVM CAR.

Qui super arce poli
Summaq; et ima regis
Quem tremit aula ducis
Horrida tartarei.

Versus:

Dactylici dim. hypercat ex pente-
mimeri heroica.

Extat. lib. 3. oda. 3.

3.

Dicolon Distrophon.

Iam noua lux misit radios,

Diuulgata per orbem.

Versus: 1. Dactylicus Trim. Hypercat. Alcmanicus seu heptemimeris Dactylica.

2. Dactylicus trim. catalect. pherecratius si primus pes est spondaeus.

Extat. lib. 3. od. 10.

4.

Monocolon.

Conditor o pater inclyte rerum

Coeli ponens coerulea templa.

Versus: Dactylici tetram. acat. ex spondaeis
& dactylis mistis.

5.

Dicolon Distrophon.

Quid prodest regum sanguine nasci

Noaq; ab ipso ducere gentem.

Versus:

Versus:

1. Dactylicus tetram. catalectus compositus ex pentamimeri heroica & adonico.
2. Iambicus compositus Boetianus trimeter procatalectus.

Compositio est ex { Iamb. monom. hyperc.
Dactyl. dim. catalecto
in dissyllabam.

Sic rectius hoc genus distribui uelim inter Dactylica ut & Fabricius facile admittit quam ipse inter Ionicum à minore trimetrum acatalectum referat, à qua forma Paulò longius discrepat, cum id carminis genus Ionicum à minore, à quo nomen & appellationem sortitur, per omnes regiones proprium pedem sibi uendicet, nisi impurum id cum peregrinis faciamus.

Extat lib. 3. oda. 13.

6.

Monocolon.

Non si Psalmo graphi regis haberem
Ora aut Tarsensis pectora Pauli.

Versus:

Dactylici tetrem Boëtiani Dicatalecti
qualis prior in precedentibus. Etiam hoc genus
refertur à Fabricio inter Ionicum Trimetrum acata-

L 3 tale-

LYRICORVM CARM.

talectum. Sed cum in Ionico à minore in Epionico trimetro, sub quam speciē hęc forma cadit, in prima regione sit dirochæus ad Dactylicum commodius referri poterit.

Extat lib. 3. od. 24.

7.

Dicolon Distrophon.

Qui cupit optatas lætus decerpere menses
Et distendere frugibus horrea.

Versus:

Dactyl. hexam. catal.

Dactyl. tetram. acat. Alcmanicus.

Extat lib. 3. oda 4.

8.

Monocolon.

Splendeant trabibus Libani Africæq; columnis.

Versus

Dactyl. hexam. heroici Aristophanici luxati.

2 & 5. loco dactylum habentes & in 1. Iambum
pro spondea uel dactylo legitur inter iocosa Virgilij

Extat lib. 3. oda 7.

9.

Monocolon.

Vt solitam maris admatici.

Versus.

Dactyl. tetram. catal. in dissyllabum

Vulgo dactylicum Sereni

4. IN

APPENDIX.

84

IIII.

IN ANAPAESTICO.

I.

Monocolon Heptrastrophon.

Animo magno recta tueri

Digna excelso principe uirtus

Licet innumero septa latrone.

Diuturna tamē nulla tyrannis

Quanto minus est stabile imperium.

Serpentigenae, quod populi ausu

Ardua turres ducit ad astra

Versus

Anapaestici dim. acat. Aristophanici & Arichilochij.

lib. 3. oda 8.

2.

Monocolon.

Quenam tenet ac tenuit Coecum semper uesania
mundum.

Versus:

Anapaestici tetram. Catalecti laconici.

V.

IN CHORIAMB.

I.

Dicolon Distrophon.

Conditor rerum, Superūm nitentem

Qui domum summi Super alta Celi

Aunis orbe nouemplice.

L 4

Versus.

LYRICORVM CARM.

Versus:

1. 2. Epichoriamb. trim acat. uulgo Sapphici.
 3. Antispast. trim acat. 1. formæ. uulgo Gliconicæ.
- Extat lib. 3. oda. 15.

VI.

IN ANTISPASTICO.

I.

Dicolon Distrophon.

Quem tu propitio lumine uideris
Cœlestis ô proles patris.

Versus.

1. Antispast. trim acatalect. uulgo choriambicus
Asclepiadeus.
 2. Iambicus dimeter Archilochius acat.
- Extat. lib. 3. oda. 5.

2.

Dicolon Distrophon.

O custos hominem satorq; rerum.

Verus & omnipotens ante creata Deus.

Versus:

1. Antispasticus trimeter catalect. secundæ formæ.
Vulgo phalæcius hendecasyllabus.
 2. Dactylicus pentam elegiacus.
- Extat lib. 3. oda. 16.

3.

Dicolon Distrophon.

Astrorum

APPENDIX.

85

Astrorum dominus maris solisq;
 Aeternusq; tui parens Iesu
 Vnus maximus optimusq;
 Cum nato deo spirituq; sancto.

Versus.

1. 2. 3. Antispast. trimeter. vulgo phalæcij hend.
 4. Antispast. dim. hypercat. enneasyllabus
 Sapphicus Hipponacteus. Extat lib. 3. od. 14.

VII.

IN IONICO à maiore.

Nullus extat exemplum neq; in hoc tertio neq;
 in duobus præcedentibus libris.

VIII.

IN IONICO à minore.

A Fabricio huc refertur oda. 13. quæ supra extat
 in dactylicis numero 5. quemadmodum et oda
 XXIII. sub numero 6. et lib. 1. od. 18.
 Tibi laudes de quo supra in Horatiano Ionico:
 Miserarum est. &c.

IX.

IN PAEONICO.

Monocolon.

Id etiam restitit patriæ, hostilibus
 Prohifacinus, inuicem ut concideret ensibus.

Versus:

Pæonici dim. acatalecti per monopodiâ scandendi.

L 5

CARA

LYRICORVM CARM.

CARMINVM GENERA, QVIBVS

in Psalterio utitur nobilissimus Vir & Poëta. 10.

CHRISTOPHORVS. FVCHS.

senior in Vuallenburg & Arnsuang.

EQ. FR.

I.

IN IAMBICO.

1.

Monocoloon,

Affectione cordis

Ex intima benigno.

Grates agam parenti.

Versus.

Iambici dimetri Anacreontici.

Vtitur hoc genere: Psal. III. 138. 149.

2.

Monocolon.

Cum magne te mortalium.

Salutis autor omnium

Adoro mente supplice

Audire ne me respue.

Omnes Iambici dimetri acatalecti.

Habet hoc genus. Psal: 4. 22. 31. 35. 49.

56. 70 75. 79 92 100. 109. 116. 126. 135.

3.

Dicolon Distrophon

Regi

Regi polorum temperanti uerticem

Habete magnas gratias.

1. Iambicus trimeter Acatalecticus Archilochius.

2. Iambicus dimeter acatalectus Archiloch.

Eo utitur Psal. 160. 112. 128. 143. 150.

4.

Monocolon.

O magne rex & arbiter mortalium

Qui pectoris mei latebras intimas

Rimaris, & momenta Vitæ debilis

Tam diligenter Vniuersa discutis.

Versus:

Omnes Iamb. trimetri acat. Archiloch.

Vtitur Eo Psal. 139.

5.

Dicolon Distrophon,

Omnes adeste, quotquot orbem fertile m

Incolitis populi, festosq; plausus edite

1. Iambicus trim. acatalectus.

2. Dactylicus compositus tetrameter procatalectus. Archiloch.

Compositio est ex.

Dactylico dim. hypercatalecto.

.Iamb. dimetro acatalecto.

Eo utitur Psal. 47. 80. 95. 133.

II

IN DACTYLICO

1. Dm

LYRICORVM CARM.

1.

Dicolon Distrophon.

Huc ades & miseris clementer consule rebus
Qui regis orbis opes.

1. Heroicus hexam. catalectus.

2. Dactylicus Archiloch. dimeter hypercatalectus,
ex Dactylica pentemimeri.

Vtitur eo Psalmus 12. 57. 94. 145.

2.

Dicolon Distrophon.

Inuoco te supplex mea petra, mea q; salutis.
Spes, o Deus certissima.

1. Heroicus hexameter. catalectus.

2. Iamb. dimeter. acat. Archiloch.

Vtitur hoc Psalmus: 28. 40. 41. 121. 140.

3.

Dicolon Distrophon.

Altera cum sine te mihi spes iam nulla supersit.
Salutis autor omnium fidelium.

1. Heroicus hexam. catalectus.

2. Iambicus trimeter. acatalect. Archiloch.

Eo utitur Psalmus: 16. 62. 77. 85. 103. 132. 136.

4.

Dicolon Distrophon.

Felix cum coetu qui consultare malorum
Non gaudet, nec amat. dogmata falsa sequi.

1. Heroicus.

1. Heroicus hexameter catalect. in dissyllabam.
2. Dactylicus compositus pentameter Dicatalect9.
Ex dactylico dimetro hypercatalecto geminato.

Eo utitur Psalmus: 1. 3. 5. 9. 13. 17. 20. 26.
30. 34. 37. 43. 48. 51. 53. 55. 59. 61. 64.
66. 73. 82. 88. 98. 102. 108. 115. 120.
123. 129. 141.

5.

Monocolon.

Omnia qui certa dominus ratione gubernas
Immensi grandis quæ machina continet orbis.

Versus.

Dactylici heroici hexam. catalecti in dissyllabum.
Eo utitur Psal. 8. 11. 14. 19. 24. 27. 39. 44.
46. 50. 69. 72. 78. 87. 91. 99. 105. 114.
124. 137. 147.

III.

I N C H O R I A M B I C O.

Dicolon Distrophon.

Cur mouet tantofremitu tumultum
Gentiuom cœus furor, atq; stulta
Mente quid vulgus meditationes
Voluit inanes.

1. 2. 3. Epiæ

LYRICORVM CAR.

1. 2. 3 Epichoriamb. trimetri catalecti Sapphic
hendecasyllabi.

4. choriambicus monometer hypercatalectus Ex
pentemimeri choriambica Vulgo Adonicus.

Eo utitur Psal. 2. 6. 10. 15. 18. 21. 23. 29. 32.
33. 36. 38. 42. 45. 52. 58. 60. 63. 65. 68. 71. 74.
76. 81. 84. 89. 90. 93. 97. 101. 104. 107. 110.
117. 119. 122. 127. 130. 134. 142. 146. 184.

IIII.

IN ANTISPASTICO.

I

Monocolon.

Intenta pater aure quid misellus.

Quid desertus & exul oret, audi.

Versus: Antispastici trimetri catalecti Vulgo
Phalæcij hendecasyllabi.

Vtitur eo: Psal. 88. 96. 113. 125. 144.

2.

Monocolon,

In te spem posui, rex bone siderum:

Nostrum præsidium, spes, decus, & salus

M. forti properans asserere dextera,

Ac insultibus hostilius eripe.

Omnes Antispast. trim. acatalecti vulgo Choe-
riamb. Asclep.

Eo utitur Psal. 7. 25. 54. 67. 83. 118. 131.

Trochaico, Anapestico, Ionio Vtroq; & pæonico
non utitur.

CAR.

CARMINVM GENERA QVIBVS

Vt. ur Ludouicus Helmboldus Mulhusinus, Vir &
Poëta Clarissimus, Sacræ lyricæ pœscos mirificus
& industrius artifex: Lyricorum nostri seculi
quos in Viuis grata agnoscit colitq; præsens hæc
hominum ætas & Familia Poëtarum, cum propter
rerum sacrarum dignitatem: tum numerorum har-
moniam & compositionis suauitatem inter
Principes non postremo loco nu-
merandus.

CREPVNDIORVM.

Oda I.

Dicolos Pentastrophos.

Age nunc parue puer, dum uiret ætas,
Et habent flexibiles corpora nervos,
Neq; corda sequacia cessant,
Ades, hoc ut in ordine perges
Sancta præest cui disciplina.

Versus.

1. 2. Ionicus à minore trimeter acatalectus Sapphicus
qualis apud Horat. lib 3. od. 12. Miserarum
est neq; amor dare ludum.

3. 4. Anapa-

LYRICORVM CARM.

3. 4. Anapæstici partheniaci catalecti in syllabam.
5. Dactylicus, Lagædicus, trimeter accatalecticus, Alcaicus.

Oda. 2.

Tricolos Heptastrophos.
Referre nil putatur
Hoc ubiq; seclo.
Seu diligat Magistrum
Quisq; siue spernat:
Cuius ab ore manant
Præcepta, moribus piæ
Profutura uitæ.

Versus:

1. 3. Iambici dimetri catalecti uulgo Anacreontei.
2. 4. 7. Trochaici dimetri Brachycatalecti Ithyphallici.
5. Choriambicus dimeter catalectus Aristophanicus.
6. Iambicus dimeter Acatalectus Archilochius.

Oda. 3.

Monocolos Tetrastrophos.
Agite nunc ô pueri uos simul omnes,
Patria quos cara pijs gessit in ulnis:
Pedibus opplete uias, cantibus auras:
Sonet ab his mœnibus hic hymnus ad astra.

Versus:

Peoni

Peonij simplices trimetri ex poeone quarto
 us choriambis & syllaba, quale nondum ad-
 fuit haecenus exemplum. Si in prima regione demta
 sit brevis syllaba, per omnia congruit cum Ionico
 à minore primæ ode. Procul dubio introductum hoc
 carmen fuit ab autore, ad excitandam in pueris ani-
 mi alacritatem cum impetu quodam singulari Qua-
 lis enim spiritus & motus cordis: tale etiam car-
 men. Vfusq; hinc Poëta est sua libertate.

Oda. 4.

Monocolos.

Quid gaudio putemus
 Ardentiore dignum?
 Quid est alacriore
 Quod ore prædicemus?

Versus.

Omnes eiusdem generis & formæ. dimetri cata-
 lecti Anacreontei.

Oda. 5.

Dicolos heptastrophos.

Ad peregrinationem

Nascitur scholasticus:
 Primus è domo paterna
 Transiit fit ad scholam:

M

Singulis

LYRICORVM CRM.

Singulis ubi diebus
Commorans puer solet
Absq; matre uiuere.

Versus.

1. 3. 5. Trochaici dimetri acatal. Si Alcmatici.

2. 4. 6. 7. Trochaici dimetri catalecti Euripidei.

Oda. C

Dícolos Heptastrophos.

Qualis Helcanæ marita
Filiū sibi sacrat:
Quem tui donum fauoris
Esse nouit o Deus:
Talis & nostræ uoluntatē
Matris est, tibi suos
Quæq; liberos dicat.

Eiusdem formæ cum præcedentibus.

EX ODARVM
LIBRO I.

Oda. 1. De Notitia Dei.

Dícolos Tetrastrophos.

A deo scirem nisi me creatum,
Lubricæ sortis raperer procellis
Nec uagæ cymbæ requiem daturum
Littus haberem.

Versus sunt:

1. 2. 3. Epiæ

1. 2. 3. Epichoriamb. trimeter catalectus.
 4. Choriambicus monometer hypercata. vel
 choriambica pentemimeris. Vulgo sapphi-
 cum hendecasyllabum cum Adonico.

Oda 2. De Creatione

Tricolos Octastrophos.

Omnia de nihilo

Promit Deus creator :


Ex tenebris subito

Prodire lux iubetur :

Firmatur arx poli :

Pars arefit soli :

Cœlum suas undas capit :

Vndis  æquor affluit.

Versus sunt :

1. 3. Dactylicus dimeter hypercatalect. Archilo-
 chius vulgo dactylica pentemimeris.

2. 4. 5. 6. Iambicus dimeter catalectus Anacreon-
 teus.

7. 8. Iambicus dimeter acatalectus.

Oda. 3. De Vniuersali calamitate.

Monocolos.

Curarum nihil inuenitur expers

Mortales ubicunq; sunt coloni.

Versus :

M 2

Antisp. 15

Epi-

LYRICORVM CARM.

Antispastici trimetri catalecti uulgo
hendecasyllabi Phalœcij.

Oda. 4. De inimicitia Christi et
serpentis.

Tricolos Tetrastrophos.

A domino posita

Sunt inimicitie:

In ter antiquum draconem

Et Mariam uirginem.

Versus:

1. 2. Dactylica pentemimeris ut 1. et 3. secundæ oda.

3. Trochaicus dimeter acatalectus Alcmanicus.

4. Trochaicus dimeter catalect. Euripideus.

Oda. 5. De Sabbatho.

Dicolos heptastrophos.

Sabbathi colendi

Deus autor est, reuolue:

Illiusq; legi

Reuerenter obsequare:

Benedictus atq; sanctus

Sit septimus dierum

Finis quiesq; rerum.

Versus sunt:

1. 3. Trochaicus dimeter Brachycatalectus Ithy-
phallicus. qualis supra. 2. 4. 7. oda. 2.
crepundiorum.

2 4 5.

2. 4. 5. 6. 7. Iamb. dim. catalectus Anacreonteus.
In 1. regione alicubi spondeus in Anapaestum
resoluitur. Vel inter Anapaesticum genus
Compositum referendus.

Oda. 6. De homicidio.

Dicolos Tetraastrophos.

Proh summe contemplator uniuersi
Cœli, soli, marisq;
Quis estimabit iras
Nostrum tuas in æuum?

Versus:

1. Iamb. trimeter catalect. Hipponacteus. Dico-
medi colubus.

2. 3. 4. Iambicus dimeter catalect. Anacreonteus.

Oda. 7. De Vestitu.

Monocolos.

Quid speciosa
Veste superbis?
Ut laceratum
Omnis amictus
Creditus arcæ
Ne maculetur
Fit tinearum
Esca: uoratur.

Versus:

M 3

Daddy,

LYRICORVM CAR?

Dactylīci dimetri catalecti Boëtiani
Vulgo Adonici.

Oda. 8. De Mortalitate humani
generis.

Tricolos Pentastrophos.

Ter decem, ter & trecentos

Vixit Adamus annos

Vixit, estq; mortuus:

Viuimus & moriemur omnes:

Quid moritura caro superbis?

Versus. 1. Trochaicus dimeter acatalectus.

2. Choriamb. dim. catalectus. ut Lydia dic per
(omnes.

3. Trochaicus dim. catalectus Euripideus.

4 & 5. Dactylicus trim. acatalect. Alcaicus Lda
gaoedicus qualis apud Horat. lib. 1. od. 9.
Flumina constiterint acuto.

Oda. 9. De Fuga mundi.

Dicolos Hexastrophos.

Prudentes oculos habe

Vetaq; diuagari:

Nec ducas imitabile,

Quicquid nitere cernis:

Serpens ingeniosus est,

Cum uult nocere splendet.

Versus.

1. 6. 8. Antia

2.3.5. Antispastici dimetri acatalecti

Glyconici uulgo qualis Horatij. lib. i. od. 3.

Sic te diua potens cypri.

2.4.6. Iambicus dimeter catalectus Anacreonticus.

Oda. 10. De Beatitudine piorum.

Tricolos Tetastrophos.

Beatus ille, quisquis est ut Enos

Paremque famam posteris relinquit,

Verace ueste fretam;

Falsa nihil celebratio prodest.

2.2. Iamb. trim. catalect. Hipponacteus qualis.

Horatij lib. i. od. 14. Trahuntque siccas. man-
chine carinas,

3. Iambicus dimeter catalectus Anacreonticus.

4. Dactylicus tetrameter catalectus in dissylla-
bum. Archilochius.

Oda. 11. De Diluvio.

Dicolos Octastrophos.

Quid tibi nunc uideris

Impie munde?

Fortior es ne factus

Liberiorue?

Antea quam fuisti

Cum perijisti:

Omne scelus. domante

AEquoris unda.

M 4

13. 5. 7. Cbe

LYRICORVM CVR.

1.3.5.7. Choriamb. dimetri catalecti Aristophanici.

2.4.6.8. Pentemimeris choriambica uulgo Adonici.

Oda. 12. De Impiorum con-
tumacia.

Dicolos hexastrophos.

Quantus homuncionis

Nunc tumor est? putat astra tangi

Vertice pileato:

Cum gerit exuuias uolucrum,

Aut alijs adeptus

Ex animantibus est amictum?

Versus:

1.3.5. Choriamb. dimeter catalectus ut priores

4. ode precedentis.

2.4.6. Dactyl. trimeter acatalectus Lagaoedicus.

Vt 4 5. ode. 8.

Oda. 13. De Magistratu.

Dicolos Tetrastrophos.

Quam mirabilis est omnipotens DEVS?

Quod uult omne iubet: quod iubet, efficit.

Vna præcipit in domo

Vt cum Lamechide sint animalia.

Versus:

1.2.4. Antispasticus trimeter acatalectus, Vulgo

Asclepiadeus choriambicus.

3. Antispas

3. Antispasticus dimeter acatalectus Glyconicus.
qualis. 1. 3. 5. oda. 9. præcedentis.
Oda. 14. De Vitanda ebrietate.
Tetracolos Pentastrophos.]

Vini potente Noa uictus haustu
Procumbit omnis immemor pudoris.
Fit improbi lusus Chami.
Cauete uim temeti:
Mille trahit temulentianoxas.

Versus:

1. 2. Iamb. trim catalect. Hipponacteus ut 1. O
2. oda. 10.
3. Iambicus dimeter acatalectus Archilochius.
4. Iambicus dimeter catalectus Anacreonteus.
5. Dactylicus tetrameter catalectus in dissyllabum
qualis quartus oda. 10.

Oda. 15. De Iride.

Dicolos Hexastrophos.

Est in certa serenitas,
Fit nubilosus aer:
Sol abdit faciem suam,
Madescit imbere tellus:
Cælo se tamen exerit
Miraculosus arcus.

Versus:

M

5

1. 3. 5. An

LYRICORVN CAR.

1.3.5. Antispast. dim. acatalectus Glyconicus vulgus

4.4.6. Iamb. dimeter catalectus Anacreonticus.

Oda. 16. De turri Babylonica

Dicolos Tetraastrophos.

Progressa multitudo Noïdarum

In arua, Chaldaee probata genti:

Venite, dicit, invicem venite:

Faciamus lateres, igneq; durante coquamus.

Versus.

1.2.3. Iamb. trimeter catalectus Hipponacticus

quales 1. 2. supra Oda. 10.

4. Ionicus tetrameter acatalectus Alcmanicus.

Oda. 17 De Peregrinatione pio-
rum.

Dicolos Octaastrophos.

Quam delicatuli sumus

Mollesq; Christiani:

Dum res eunt feliciter

Possessioq; constat

In ore nobis est frequens

Fides, professa Christum.

Satroq; uerbo carius

Nil esse praedicamus.

Versus.

Octastro-

phos iuxta

harm. nia

Musica,

ad qua de-

cantantur

haec car-

mina.

Distro-

phos iuxta

harm. nia

Poeticam.

Id quod in

alijs simili-

bus, atten-

dendum. 1.3.5.7. Iamb. dim. acatalecti.

2.4.6.8. Iamb.

24. 6. 8. Iamb. dim. catalecti Anacreontici

Oda 18. De ministris Dei.

Dicolos Tetrastrophos.

O populi populi cur odiosè
Dei ministros semper habetis ?
Cur invident his lumina uestra?
Nil ceterorum ferre grauata.

Versus.

1. Dactylicus Boetianus } Dactylico monometro hypercatalecto.
tetram. compositus ex } Dactylico Dimetro catalecto siue Adonico.

2. 3. 4. Iambicus compositus Boetianus, trimeter, dicatalectus.

Compositio est ex:

Iambico monometro hypercatalecto
Dactyl. dim. catalecto siue adonico.

Oda. 19. De Bello.

Monocolos Tetrastrophos.

Nihil absq; Deo benè cedit
Quo robore cunq; geratur:
Felicis arma piorum
Numerolice impare, pugnant
Versus omnes eiusdem generis.

Ande

LYRICORVM CAR.

Anapestici dimet. catalecti in syllabā uulgo hepthe-
mimeris anapestica. Seruio sunt Partheniaci.

Oda. 20. Contra tentationem Diaboli.

Dicolos Tetrastrophos.

Quid toties animam peccati nomine terres

Tentator atrocissime:

Nullius omnium tibi

Confessionem debeo.

Versus.

1. Dactylicus hexameter catalectus in dissyllabū.

2. 3. 4. Iambici dimetri Acatalecti Archilochij.

ODARVM LIBER II.

Oda. 1. De Perpetua DEI
largitate.

Dicolos Decastrophos musicē
Distrophos metricē.

Quid procul exeunti

Dat Abrahamus Hagari?

Quod comedat bibatq;

Domo fugatus Ismael:

Dat cereale donum

Et utre conclusas aquas:

Est uia longa, totum

Absumitur uiaticum

Deficit uniuersa

Mortalium benignitas.

Versus

Versus:

3. 5. 7. 9. Antispasticus dimeter acatalectic Glyconicus.

2. 4. 6. 8. 10. Iambicus dimeter acatalectic Archilochius.

Oda. 2. De precatione.

Monocolos.

Orante Patriarcha

Sanatur ille princeps,

Cui Sara uisa pulcra

Debebat esse coniunx.

Versus:

Eiusdem formæ omnes Iamb. dim. catalecti Anacreontici.

Oda. 3. De continentia.

Dicolos Hexastrophos.

Abimelechus habet

Raptam nec attigit Saram.

Qui sit ut abstineat;

Quæ tanta regis castitas?

O sor adulterij

Deus regit negotium.

Versus:

1. 3. 5. Dactylicus dimeter hypercatalecticus uulgo pentemi meris dactylica.

2. 4. 6. Iam-

LYRICORVM. CAR.

○ 2. 4. 6. Iambicus dimeter acatalectus Archilochius.

Oda. 4. De pietate erga parentes.

Dicolos Hexastrophos.

Discite Christiani

Ab Abrahamo discite:

Quomodo uos geratis

In persecutionibus.

Vt quoq; uestra uita

Probetur aduersarijs.

Eiusdem generis cum oda. 1. huius libri.

Oda. De mora beatitudinis.

Dicolos Tetrastrophos.

Accipit in senecta

Desideratum tot per anno filium:

Et parit atq; lactat,

Perfunditurq; Sara mille gaudijs.

Versus:

1. 3. Antispasticus dimeter acatalectus Glyconicus.

2. 4. Iambicus trimeter acatalectus Archilochius.

Oda. 6. De iniusticia omnium hominum coram Deo.

Dicolos Tetrastrophos.

Quis uirorum sibi non uidetur pius?

Quot habitant simul in his & alijs moenibus

Argui nemo se patitur ex omnibus:

Pessimi quiq; se predicant optimos.

Versus.

Versus.

1. 3. 4. Creticus tetrameter acatalectic in secunda
 classe pœonici generis.

2. Pœonicus tetrameter catalectic Aristophani-
 cus et comicus.

Oda. 7. De Causa omnis mali
 Dicos heptastrophos.

Quid paradiso
 Pellit Adamum?
 Et maledictos
 Trudit in agros?
 Propositi neglectio uerbi
 Omne malum priscis tulit annis
 O resipiscite posteritates.

Versus.

1. 2. 3. 4. Dactylici dimetri catalecti Boëtiani Vul-
 go Adonici.

5. 6. 7. Dactylici tetrametri catalecti in dissylla-
 bum. Vulgo Archilochij.

Oda. 8. De promissionibus Dei.
 Tricolos Tetrastraphos.

Promissiones à domino datæ
 In corde risum Thariadæ mouent,
 Fœcunditatem pollicentes
 Coniugij sterilis Senectæ.

Versus.

LYRICORVM CARM.

Versus :

1. 2. Epionius trimeter catalectus Alcaicus &
hendecasyllabus.

3. Iamb. dimeter hypercatalecticus Itidē Alcaicus.

4. Dactylicus trimeter Lagœdicus.

Oda. 9. In inobedientiam.

Dicolos Tetraſtrophos.

Ne ſuperbias benignæ

Sortis affluentia:

Nam benignæ ſortis autor

Oſor eſt ſuperbie.

1. et 3. Trochaicus dimeter acatalectus Alœmanicus.

2. 4. Trochaicus dimeter catalectus Euripideus.

Oda. 10. In Superbiam & li-
bidinem.

Dicolos Tetraſtrophos.

Quęcunq; magna diues & potens es,

Et cœteras beata ſpernis urbes :

Viciſſitudinem uerere,

Quid torua ſpectas admonentum?

1. 2. Iambicus trimeter catalectus Hipponacteus.

3. 4. Iambicus trimeter Brachycatalectus Alcma.

Oda. 11. De Veritate.

Dicolos Heptaſtrophos.

Veritas

Veritas parens salutis

Est, abi mendacium:

Te loquens sua marito

Abrahamus excidit:

Atq; raptori periculum

Grande cor flat, regiam

Morbus occupat domum.

1.3.5. Trochaicus dimeter acatalectus Alcmanicus.

2.4.6.7. Troch. dimeter catalectus Euripideus.

Oda. 12. De Hospitalitate.

Monocolos.

In ostio sedebat Abrahamus:

Cum feruor esset maximus diei:

Tres conspicit viros, domum uocat

In prandio lubens minister adstat.

Omnes Iambici, tetrametri, catalecti Hipponactici

Diomedii colubi

Oda. 13. De fidei imbecillitate.

Dicolos Tetrastrophos.

Debilitas fidei

Humana quaerit pharmaca.

Et rationis ope

Suis mederi uult malis.

1. 2. Dactylicus Dimeter Hypercatalectus Archi-

loch. Vulgo dactylica Pentemimeris.

N

2.4. Iambi

LYRICORVM CAR.

2. 4. Iamb. dimeter acatalectus Archilochius.

Oda. 14. Querela de impietate.

Dicolos Tetrastrophos.

Eheu quam miseri sumus

Nec cogitamus quippiam :

Sed negligenter uiuimus

Ventri gulæq; dediti.

1. Dactylicus trimeter acatalectus Glyconicus. Si
pes primus sit spondæus.

2. 3. 4. Iambicus dimeter acatalectus Archilochius.

Oda. 15. De Patientia & spe.

Dicolos Tetrastrophos.

Quid doles aegri corporis hospes?

Quid sorte moeres spiritus arcta?

Appropinquantem respice finem

Promissio fert certa salutem.

1. 3. Trochaicus compositus Boëtianus dicatalectus. Compositio est ex:

Trochaico monometro hypercatalecto.

Dactylico dimetro catalecto. Seu Pentemimeri choriambica qualis ille Boetij.

Si quis Arcturi sidera nescit. lib. 4. ca. 5.

2. 4. Iambicus Trim. dicatalectus compositus Boëtianus. Compositio est ex:

Iamb. monome. hypercatalecto.

Dactylico

Dactylico dimetro catalecto in dissyllabum.

Extat supra in Trochaico Boetiano

Vnde desumptum est.

Oda. 16. De Vitando peccato.

Dicolos Octastrophos.

Quid leuius Caino?

Quid dulcius uidetur?

Quam fugiens Abelum

Vita sequente sanguis:

Dum Sathanæ furorem

Suaq; carnis implet:

Quo stimulante seuit

Fratremq; ui trucidat.

Versus.

2.3.5.7. Choriambicus dimeter catalectus in

bacheum uel amphimacrum.

2.4.6.8. Iambicus dimeter catale. Anacreonteus.

Oda. 17. In Vsum linguae.

Monocolos.

Vtrumq; fit malignum

Per demonem: quod ora

Vel muta sunt, uel atras

Blasphemias loquuntur.

Omnes Iambici dimetri catalecti Anacreontei.

Oda. 18. De Elemosynis.

N 2

Dicolos

LYRICORVM CARM.

Dicolos Octastrophos.

Quando tuas uenit ante fores:

Lazarus esuriens.

Et cerealia frusta petit

Nomine danda Dei:

Ne semel ire sinas uacuum

Dum modò panis adest.

Aut obulus similæ precium

Quam sibi pauper emat.

Versus.

1.3.5.7. Dactylicus trimeter hypercatalectus Alca-
manicus. Vulgo hepthemimeris dactylica.

2.4.6.8. Dactylicus dimeter hypercatalectus Pina-
daricus & Archilochius Vulgo Pentemi-
meris dactylica.

Oda. 19. Consolatio tristis
animæ.

Monocolos.

Corporis exigui

Hospes es ô nima:

Multaq; solliciti

Prælia cordis habes:

Perpetuum patitur

Vis uiolenta nihil.

Eijciere tuo

Flebilis hospitio.

Eiusdem

Iiusdem formæ omnes. Dactyli dimetri hyper-
catalectici Pindarici ex Pentemimeri da-
ctylica.

Oda. 20. De Chresto uictima
mundi.

Dicolos Dicastrophos.

Isa :

Mi pater Abrahamæ:

Abrah:

Quid uis Isace fili?

Ecce pater parata

Et ligna sunt & ignis

Victima, quæ cremetur

Dic unde sit petenda?

O mihi care fili,

DEVS scit omne sacrum:

Is sibi prouidebit

Quam uult ouem cremari.

L 3 5 7 9

Choriambicus dimeter catalect. An-
ristophanici.

2.4.6.8.10.

Iambicus dimeter catalect. An-
acreonteus.

CANDIDO LECTORI NEC

non Scholasticæ iuuentuti ludi

Gothani. S.

Cum in omnium ferè manibus sint odae lyricæ
Ludouici Helmboldi cum harmonijs musicis
Ioachimi à Burck, ciuis Mulhusini, Musici

N 3

prestant

LYRICORVM CAR.

præstantissimi: adeoque cum odis hebdomadam pe-
 riodicis horarum conuersionibus in nostra Gothia
 etiam hodie decantentur à pueris: quo poësi lyrica
 & carminum hæc compositio uaria & multiformis
 nota fiat adolescentibus: uolui tyronibus hæc expo-
 sitione & opera inuestigandi tedium adimere, ia-
 cturamque temporis hoc lucro compendioso resti-
 tuere. Manum etiam adiuuera hebdomadibus in
 lyricorum libris, quos annis superioribus autor
 idem in lucem edidit: sed cum impletis chartis sty-
 lus opinione celerius excresceret, uideremque uela dari
 uentis, suoque poetam fœlli spiritu, libertate & copia,
 qua felicissime exundat: contractis uelis ad portum
 redij quod mediocriter his cognitis et obseruatis re-
 liqua sine multo labore, proprio Marte agnosci ad-
 discique posse existimem, imprimis si cum musica quæ
 in his regionibus & scolis usitata nunc floret, lyri-
 ca poësis coniunctim excolatur: quod facillime fieri
 poterat, saltem in tradendo alacritas: in discendo
 studium, in dustria, & diligentia adhibeatur, sty-
 lusque frequens adiungatur. Typos etiam & figuras
 carminum singulorum sponte & de industria omisi,
 nuda expositione contentus, quod ex sinistra uel
 collocatione, uel transpositione, uel etiam aberratione
 præli, unicum syllabæ tempus sæpe integrum
 schema uitiosum reddat. Deprehendet id lector, qui
 in lyricorum carminum Schematismis typos cum de-
 scriptionis

scriptionibus conferet, uidebitq; saepe disdiapason
 Schema discrepare cum carmine: iambo uel in tro-
 chæo mutato, uel trochæo in iambi locum sub re-
 pente aut aliàs confuso sistemate. Quod si uel hic
 menda typorum irrepserint, uel alias etiam à com-
 muni forma tractata hæc carminum genera recede-
 re uidebuntur: amicus & beneuolus lector uel ul-
 trò corrigit, uel benignè ueniam dabit, & cum ali-
 orum tractationibus ea conferet, uidebitq; materi-
 am hanc uariam & multiformem esse, nec uno &
 eodem modo à græcis latinisq; distingui, omniaq; hic
 ad originem suam referri. Reliqua in suum locum
 reseruabimus. Nunc de horum omnium usu
 breuissimè concludo. Is aut arbitrium habet, quo
 quis sui ingenij libertate utitur, minimè in exercitia-
 tis faciendum: aut imitationem ueterum poetarum,
 in representandis effingendisq; his carminum gene-
 ribus, cum industria, singulari studio, & abhilita
 prudentia. Nam mutare aut innouare aliquid, aut
 ab exemplo recedere, periculosum est: tutius au-
 tem & maiore cum laude coniunctum. peritæ
 & excultæ antiquitatis insistere ue-
 stigijs, ut rectè monet Fa-
 bricius.

F I N I S.

N 4

E I V S.



IIIVSDEM VVINERI EPIGRAM

matum aliquot, ex libris AEolostichôn,

Corollarij uice Epirrysis.

BELLVM PECIALE

Inter Semen mulieris & serpentis.

Gen. 3.

S Int inimicitiae : sint bella indicta cruenta :
Bella per æternos non moritura dies.
Inter serpentem, genus & serpentis: & inter
Semen foemineum, foemineumq; genus.
Nulla fides sit : nullus amor : sint foedera nulla :
Nulla unquam inter uos pax & amicitia.
Pugnent discordes animi, martemq; laceffant
Æternis bellis, lisq; feralis eat.
Quam imo stirpem uestram & genus omne nepotũ,
Natos natorum, quicquid & inde uenit.
Exercete odijs, irasq; alitote perennes :
Nec pax aut unquam foedera pacis eant.
Progenies sed enim muliebri è semine surget,
Quæ tibi contundet comminuetq; caput.
Naturæq; Gigas geminæ descendet Olympo,
Serpentis domitor terrigenũmq; salus.
Nle ubi in aduersas fauces detorserit hastam,
Teq; suo serpens sub pede uictor aget.
Ut nunquam uictus : nunquam moriaris inultus :
(Tanta rebellandi uisq; furorq; manet.)

Æordi

Mordicus arripies calcanea lesa rotatis
 Dentibus, atq; aliqua parte nocebis ei.
 At nunquam fas est caput ipsum inuadere morsu,
 Sed calces tantum et subdita membra premes.

DE SILOH:

Vaticinium IACOBI Patriarchæ.

Gen. 49.

Non prius à domito sceptrum tolletur I V D A,
 De femore illius deficientiæ duces.
 Non lex: non populus: non regni debita forma:
 Non sacra: non cultus religionis cadent.
 Non prius ex adytis fugient oracula Diuum:
 Non obmutescet uox patefacta Dei.
 Non honor incensi thuris: non uictima sacra:
 Araq; non uiui corruet ante Dei.
 Quam diuum soboles: ueniat quam regius heros:
 Quem pater è coelis desuper ipse dabit.
 Hic desiderium, spes, expectatioq; ingens
 Terrarum toto gentibus orbe uenit.
 Ille suum pullum cuncta ad uineta ligabit,
 Ad uitemq; asinam mi pie nate suam.
 Inde stolam nueam in uino fragrante lauabit,
 Sanguineq; uuarum pallia tincta geret.
 Lumina plus eius quam limpida uina coruscant:
 Ex oculis adeo gratia dia micat.

N S

Lacte

EPIGRAMMATVM

Lacte nitent dentes : uox lactea : lactea lingua :
Lacteus est animo : lacteus ore SILOH.

IN X. NOVENBRIS

Diem Natalem LVTHERI.

Lux hodierna tibi uitaes praeuit auras,
Et cunis fulsit diue LVTHERE tuis.
Digna Deo merita serimus praemia laudis,
Tollimus & coeli nomen ad astra tuum.
Quod per te nobis tenebrarum nube repulsa
Restituit uerae religionis opus.
Et te praekonem mundo uatemq; supremum
Iudicii magnum miserit ante diem.
Salue sancte pater : lux sacratissima salue:
Que cunis tanti es nobilitata uiri.

IN EFFIGIEM

Illustrissimi principis & Domini : D. IOAN-
NIS FRIDERICI primi : ducis Saxo-
niae, S. R. Imperij Septemuiro Con-
fessoris.

Saxonica ille domus dux celso stemmate natus,
Quam patriae patrem patria turba uorit.
Illustris populi princeps illustrior ipse:
Qui tua confessus dogmata Christe fuit.

Talis

Talis erat facie, cum Cæsaris ensifer esset:

Cum populos regeret, corpore talis, erat.

Impij sacros gessit SEPTEMVIR honores

Officium regno natus obire sacro.

Institiam coluit: legemq; gregemq; tueri

Cura fuit: Musis otia sacra dedit.

Templa repurgauit cultusq; reducere sanctos

Officium statuit principis esse pij.

Inde Papæ furias, et iniquam Cæsaris iram,

Bella, crucem, uulnus, uincula, probra tulit.

Vicit amor Christi, uerbiq; immensa cupido,

Nec uitæ metuit sæua pericla suæ.

Non inquam metuit, sed contra ardentior iuit,

Nomen ex inuicti principis inde tulit.

Nil carcer rigidus: nil mollia uerba ualebant:

Vis animum potuit frangere nulla ducis.

Qui mortē horreret propter tua dogmata Christe:

Non pilus in toto principe paruus erat.

Ofor erat belli, sed pacis summus amicus,

Cognomen pacis ceu FRIDERICHS erat.

Sæua tamen sumsit, quibus arma repelleret, arma.

Cū peteres nostras CAROLE Quinte domos:

At subito oppressus (nam sic sua fata ferebant)

Exilium princeps captus ab hoste tulit.

Integra dum stantis durabit machina mundi,

Et puræ cultus religionis erit:

Non

EPIGRAMMATVM

Non huius pietas ducis & constantia magna
Occidet, aut tristi nocte sepulta cadet.
Sed memorem secum tulit hinc super aethera sima,
Quadrupliciq; orbis parte celebris erit.

IN XVII. FEBRVARII.

Diem concoctæ.

Hæc fuit illa dies, querulo tristissima luctu:
Qua sanctus ut tam finit cum morte LVTHERVVS.
Ille Dei præco: quo non præstantior alter,
Dogma docere Dei, & meliores reddere cultus.
SAXONIS ille comes fuerat: cum SAXONE passim
Intrepide sonuit Germana per oppida Christum.
Scilicet ille heros erat, & uir maximus ille:
Aurea Christigenis iterum qui secula pandat.
Ille olor & uates: tibi quem Germania dandum
Combustus lento sacer HVS prædixit in igne.
Huius in aduentum iam nunc Baalitica regna
D tractis horrent nummis, atq; Itala tellus:
Et septem geminae tristantur moenia ROMAE.
Salve sancte pater Salve. TV maximus ille es:
Vnus qui sacram pugnando restituis rem.

PRECES ARMA ECCLE-
siae, Exod. 17.

Orando Moses: pugnando IOSVA uincit:
Hic populi princeps, ille Propheta Dei.

Sed

COROLLARIUM.

164

Sed prece plus Moses, quàm Iosua proficit ense:
 Cum geminis Amalech hostibus arma gerit.
 Armis quidem multos, sed plures uota trucidant:
 Omnibus ex telis optima tela preces.
 Facta fide nubes penetrant, coelumq; subinrant,
 iniiciuntq; ipsi uincula uota DEO.
 Nam gemitus humilesq; preces sunt arma piorum:
 His armis hostes & SATHAN ipse cadit.

IN DICTA SCRIPTURAE

à Vito Norimbergensi olim
 collecta.

(damnat

Quem peccata premunt: quæ mens malè conscia
 Quem lex accusat: domus infera tangit & agit.
 Et coniurati coelum rescindere fratres:
 Adsit, & omnimodis sese præmuniat armis.
 Arma liber dabit hic: adsunt clypei gladijque:
 Fulmina fulminibus: telis contraria tela.
 Perlege quisquis eris, qui legis fulmina sentis:
 Contrita dabit hæc menti medicina salutem.

IO: CHRYSOSTOMI

Contra Eudoxie insultus
 oratio.

Pulsus in exilium cum iam Chrysostomus iret,
 Et profugum peterent mille pericla senem.

165

EPIGRAMMATVM

Insultans pariter mundi Sathanaq; furori,
 Et uitæ nitens spe melioris ait:
 Si regina uolet patria me pellere terra,
 Pellat: in exilium cedere sponte uolo.
 Est domini tellus, & quæ tellure tenentur,
 Cuius in arbitrio est uita salusq; meo.
 Carnificis serra sin dissecuisse libido est,
 Dissecet: Esaiæ sic pia fate sequar.
 Damnatum pelagi si præcipitabit in undas,
 Præcipitet: Ionas, quem reminiscar, erit.
 Vrere si flammis me uult ardentibus, urat:
 Et flammam iuuenes tres subiëre pij.
 Sin uinctum Lybicus animalibus obijcit escam,
 Obijciat: socius sic Danielis ero.
 Grandine si lapidum pulsatum exterminet urbe,
 Et Stephanus saxis obrutus ante fuit.
 Si caput hoc trunca feret à ceruice reuulsum:
 Funere baptistes me præit ipse suo.
 Deniq; fortunas etiam licet auferat omnes,
 Auferat: ablatas cui uelit addat opes.
 Nudus in hanc terram descendì matris ab aluo,
 Cum me fata trahent ultima, nudus ero.
 Nil moror has miseras terreni pulueris iras,
 Si mihi terra locum non dabit, astra petam.

D. HIERONYMVS SVPER
Matthæum.

Seu

Seu bibo : seu comedo : seu dormio : siue resurgo :

Vox aures semper personat ista meas :

Surgite vos terra tumulati puluere manes,

Surgite : iudicii septa subite Dei.

IN IMPIETATEM BACHA-

naliorum.

Dum mundus Stygio peragit spectacula Diti,

Et domino celebrat festa nefanda suo :

Tu quicumq; puer regeris *Phiramine* sancto,

Horrendi Ditis turpia spectra fuge.

Cerne cruentato pendentem in stipite Christum,

Hæc, si spectra cupis cernere, spectra uide.

IN SIMVLACRVM PALLADIS.

Hebræi Peleh : Graij me Pallada dicunt :

Vtraq; gens aris me coluitq; suis.

Rectius Hebræi : minus agnouere pelasgi :

Numina non uno sunt mea culta modo.

Mascula sum soboles, primæ promissa parenti :

Atq; duplex generis constat origo mei.

Diuinum e cœlis refero de numine numen :

Ante æuam genitus sum sine matre logos.

Os simul & uerbum patris, mysteria cuius

Eloquio constant commemoranda meo.

Hinc Iouis e cerebro sine matris origine Pallas

Nuncupor, ingenij diua Minerva boni.

Humana una

EPIGRAMMATVM

Humanum è terris tenera de uirgine constat;
Foemina complexu me genuitq; suo.
Hinc mea foemineo uenerata est numina sexu
Hellas, & ignoto est ara sacrata Deo.
Numinis at nulli constat generatio nostri:
Mortales artus picta abella refert.
Lis mihi perpetua est, & bella perennia tracto:
Cumq; Dracone mihi pugna cruenta manet.
Nunc caput abscissum est, elisaq; guttura monstri,
Quod dira anguicomæ Gorgonis ora tenet.
Hinc ea terrifica est & formidabilis ægis,
Hastaq; quæ uersa est in tua colla DRACO.
Bellatrix manus hæc, nost. iq; potentia regni:
Quam pedibus pauet & styx superata meis.

IN MVSEVM SVVM

Coenobij Augustiniani.

Hic procul à uulgo: procul à congressibus urbis
Templa sibi Aoniæ constituere Deæ.
Et lætæ haud magnis opibus sed numine magno,
Laudibus indulgent maxime Christe tuis.
Non illis populi strepitus, tubæne solutæ
Congressus curæ: delitiæne placent.
Sed iucunda quies, & paucis nota uoluptas,
Atq; Aganippææ dulcia plectra lyra.
Dulces secessus, & commoda nobilis otij,
Atq; è diuinis gaudia mille libris.

Non

Non unquam diræ subeant hæc limina curæ,
 Aut Mæusas turbent tristia fata meas.
 Tu Christe alueolos nostros tucaris, & ipse
 Aonijs custos sis maneatq; chori.

INSCRIPTVM THEA-
 tro Gethano.

Vndiq; cum fuit Vrl hæc cincta hostilibus armis
 Maxime sub sceptris AEmiliane tuis.
 Funditus eversa est veteris structura theatri,
 Et domus hæc fato concidit ipsa sua.
 Nunc quia se sensim respublica colligit ægra,
 Et caput e tumulo protulit ipsa suum.
 Sint Læta auspicia hæc, melioraq; fata sequantur:
 „ Pace reflorescunt oppida: Marte cadunt.

IN VITAM HUMANAM
 ex Græco.

Heraclite magis quàm quondam hæc tempora desle:
 Nunc status heu rerum commiserandus adest.
 Terq; quaterq; magis risum Democrite tolle:
 Res magis est nostro ridiculosa statu.
 Ipse sed aspiciens uosmet considero mecum.
 Quomodote risu, te lacrymisq; sequar.

IN CLEPSYDRAM.

Clepsydra conuersa est: versatilis excidit urna:
 Et prior tumulo iam mea uita uenit.

Q

Mens

Non

EPIGRAMMATVM

Mens mea quid studij faciendi agnoscis omissum?
Quid stolidè excessū est, quod minimè decuit?
Redde Deo rationem elapsi pulueris huius:
Quæ modo transacta est, hora redire nequit.
Quo cunctando ruis? cur non consurgis in hora hæc
Et lacrymas orto uestpere moesta trahis.
Quid cessas? cur non fluibundum hoc congemis auris
Quod sine fruge dies hæc quoque lapsa cadit.
Versa dies abiit: iam nox obscura recurrit:
Omnia nunc tenebris exteriora scatēt. (a quorū
Heu mare mundanum: heu malefidum hoc fluctibus
Quo ruit in scopulos naufraga facta ratis.
Flecte uiam retro: fluitantia collige uela:
Eq; procelloso hoc æquore quære uadum.
Prende manu fidei remos, & prouehe Scalmum,
Instructamq; oleo lampada semper habe.
Temporis articulos numera: prope sponsus Iesus
Nocte aderit media: iam uigilare decet.
Buccina mox clauget: mox hora nouissima surget:
Cum reddendus erit spiritus iste Deo.
Puluis id elapsus monet hic, quod puluis es ipse,
Et putrido moriens corpore puluis eris.

IN EANDEM.

Dum cadit elapsus puluis, cum puluere tempus
Labitur: elapso æ tempore puluis homo.

IN EANDEM.

Quid

Quid uitro leuius? quid puluere Vilius isto?

Quidq; hora est breuius? tempore quid citius?

Vita uitro leuior: caro puluere uilior isto est:

Et fracto citius fit quoq; terra uitro.

IN LYTRVM,

Preciosissimæ mortis Christi ex cap. 8]

Meditationum D. Augustini.

Ecce hic spes tota est: ecce hic fiducia nostra:

Ecce pedes nati uolumur ante tui.

Si me despicias ob iniquæ pondera culpæ,

Respice pro caræ prolis amore tuæ,

Attende in nato preciosi lytra cruoris,

Ipsemet ut seruo propitiere tuo.

Et carnis sacramenta uide, carnisq; reatum.

Dilue: cum caro sit filius ipse tuus.

Atq; beata rubent quoties stillantia prolis

Vulnera, deliteant obsecro probra mea.

Pectoris & quoties benedictum stigma rubescit,

Vilescant culpæ stigmata dira mea.

Et quia te meritam maledicta laceßit ad iram,

Ad ueniam flectat te benedicta caro.

Quanto namq; homine est deus ipsemet altior ipso,

Inferior tanto est & mea culpa Deo.

Quid deliquit homo, quod non persolueret ipse

In cruce: qui nostro est nomine factus homo?

O 2

Quod

EPIGRAMMATVM

Quod necis imperium tantum? quod morte per actū
Non Christi possit tollere supplicium?
Nempe Deus meus aquali si examine libes
Lytra tui nati, diraꝑ; probra mea:
Non tantum Eoo occasus distabit ob ortu,
Sive poli à summo cardine regna stygis.
Auctoris quantum redimentis gratia Christi
Delicti exuperant pondéra dira mei:

IN SPINEAM CORONAM
Saluatoris.

Non tua nate Dei pictis uia plana rosetis,
Floribus aut teneris callis amoenus erat.
Sed tibi uulnifici duro sub stipite sentes
Hamatiꝑ; pedes dissecuere rubi.
Nec tua serpebat circum pia tempora laurus,
Sed tibi pro fertis horrida spina fuit.
Si caput ergo tulit spinam, cur subdita membra
Sub duce spinoso mollia ferta gerant?
Delicias caueas sub Christi quereae signis,
Militiae Christi qui sacra signa subis.

VNUM NECESSARIUM
Luc. II.

Hic scopus: hic finis: studiorum haec meta tuorum
Ultima sit, summum nosse bonuraꝑ; si qui.
Id Deus est trinus personis, nomine simplex:
Nempe Pater, Gnatus, spiritus atꝑ; sacer.

Hic

Hoc VNVM nouisse bonum sapientia summa est :

Hoc VNO nihil hic dignius oris habet.

Omibus is numeris felix erit atq; beatus,

Qui tenet hoc VNVM, nouit amatq; bonum.

Hoc VNVM in sese bona continet omnia mundi:

Hoc sine nil profunt cetera cuncta bona.

Nos ea deserimus, uel nos tandem illa relinquunt,

Et nihil in dura morte salutis habent.

Hoc VNVM immortale bonū est, mutabile nunquā

Omnis in hoc VNVM est, uita salusq; bono.

Socraticæ ignorant hoc charta: Vrbs Attica nescit:

Nescit Aristoteles: nescit et ipse Plato,

Sola bonum hoc nobis monstrant oracula sacra,

Inq; Prophetarum uox repetita libris,

Scilicet hæc illa diuorum uita per auum,

Noscere te uerum et te didicisse Deum.

Et quem misisti esum cognoscere Christum,

Pendet ab auctore hoc uita salusq; tua.

Cætera cura nihil prodest, nec profuit unquam:

Nosse sed hoc VNVM est cura beata bonum.

Hunc præceptorem amplector, uenerorq; coloq;:


Meq; lubens eius subijcio ante pedes.

IN ODAS ET HEBDOMODAS SA-

cras, Ludouici Helmboldi, Poetæ lyrici: et har-

monias Musicas Ioachimi à Burgh Musici

suauissimi in Repub. Mulhusina.



EPIGRAMMATVM

O fama ingentes: cytharaq; ingentior alter,
 Et pars Aonio digna colenda Choro.
 Mulhusij uates Helmbolde, deiq; sacerdos,
 Urbis & eiusdem tū loachime decus.
 Vos & uestra quibus cœlo modo laudibus æquum
 Carmina? quæ uestre concinuere lyra?
 Harmoniæ prius mirer, metrimè laborum,
 Vtraq; quæ nobis musa utriusq; dedit?
 Nos tamen hæc patrijs grati cantamus in oris,
 Atq; odas resonant templa scholæq; sacras.
 Et uos, si qua pijs stat gratia digna camoenis,
 Vatibus annumerant secula nostra pijs.
 Quin & fatalis uobis ubi fulserit hora,
 Laudabunt uestras secl: futura lyras.

IN MUSAS.

Pieridas fingunt natas Iouis esse Poëtæ,
 Quas ex Ninemosyne sustulit ille Dea.
 Muneris idq; gerunt, diuos celebrare canendo,
 Et patris cythara tollere facta sui.
 A Ioue principium sumunt, Ioue carmina claudunt
 Quem dare terrigenis munera cuncta ferunt.
 Versibus hinc celebrant heroum facta potentum,
 Et populi mores scitaq; sacra canunt.
 Tristibus haud unquam roduntur pectora curis,
 Sed leta semper gaudia mente sonant.
 Illorum sedes excelso splendet olympo,
 Nec sacras claudunt ostia dura fores.

Confidetur

Considet in medio Musarum rector Apollo,
 Quem moderatorem semper honore colunt.
 Ante fores habitant CHARITES, uenerisq; CVPIS
 Pieridum gaudent inter & esse choro. (D O,
 Disce puer Christum, fontemq; agnosce bonorum,
 Et grato celebra cermine dona Dei.
 Inde tuos etiam uenerari disce magistros,
 Discere doctorum si quid ab ore cupis.

IN VITAM HUMANAM.

Vltimus humane uitæ iam luditur actus,
 Iamq; ferè finem fabula longa tenet.
 In qua non uilem, ut quondam certatur ob hircum,
 Nec de chremetis quaeritur hic puero.
 Propria cuius uis agitur res: luditur & nunc
 De corioq; meo, de corioq; tuo.
 Fabula iam de me narratur, iam modo de te:
 Pro uaria scenæ conditione nouæ.
 Nascitur hic, alius moritur: nunc uiuimus, & nunc
 Exincti gelida contumulamur humo.
 Sic breuis aut longa est humane fabula uitæ,
 Inq; actus adeo tota redacta suos:
 Si longi fuerint, longum producimus æuum:
 Siq; breues, fata hinc nos breuiora uocant.
 Nec tamen arbitrij est personam sumere nostri,
 Talem sed quiuis, quam uolet actor, agit.
 Aut puer: aut iuuenis: uel uir maturior annis:
 Aut grandæuus eris decrepitusq; senex,

EPIGRAMATVM

Grammaticus, Rethor, Dialecticus, Astrologusue
 Musicus aut Vates: Ethicus aut medicus.
 Iurisconsultus, uel longa ueste sacerdos:
 Interpres sapiens, aut idiota rudis.
 Muneris ergo tui est personam rite referre,
 Quam te uult actor sustinuisse chori.
 Officijq; tui contentum uiuere sorte,
 Donec mutari dramata rite queant.
 Nec moueare, licet te morio praestet honore,
 Aut tibi praepositus sit meliore loco.
 Vita haec stultorum plena est & plena Mydarum,
 Inter quos primas nunc parasitus habet.
 Sic ubi rite tuos representaueris actus,
 Personam dignè gesseris atq; tuam,
 Irus ubi fueras in primo forsitan actu,
 In quarto aut quinto dramate Croesus eris.

IN PUGNAM AFRICANAM ABDE-
 MELECHI regis Mauritania, cum MULEIO
 Mahometo nepote Tyranno, & SEBASTIANO
 Serenissimo Portugalliae rege, 4. Augusti anno 1578.
 commissam: in qua Christianorum exercitus cum
 rege Portugalliae Cæsus est: occisis 12000. &
 14000. captis: Muleio Mahometo
 miserè in aquis extincto.

Tres campo reges concurrunt Marte cruento,
 Et forti miscent praelia dira manu.

Victus

COROLLARIUM.

109

Victus obit victor : moriens post fata triumphat,

Euentum pugnae nec uidet ipse suae.

At fugiens alter male suffocatur in Vndis,

Fluminis inq; Vado precipitatur equo.

Tertius inclusus Maurorum hostilibus armis

Dimicat, inq; acie fortiter ipse cadit.

Sic ubi pro regno Susiano & sede Marocci

Tres pugnant reges, & fera bella gerunt :

Sede carent omnes, & cum diademate ponunt

Sceptra, simulq; uno succubere die.

In uiuis & quos tenuit coniunctio nulla,

Funera coniungunt, unaq; castra tenent.

Sceptraq; qui nunquam per somnia sumserit Vlla,

Accipit ignauus, sistitur inq; throno.

O uanas hominum mentes & pectora caeca,

Fata nec humanis cognita iudicijs.

Quam non est hominum niueis uictoria penitus

Directi aut cursus aura secunda suus ?

Fata regunt homines : fati cedamus & ipsi :

Vt faueant nostris fata benigna uijs.

IN ABDICATIONEM

ludi.

Iam mihi Palladio in ludo duo lustra peracta

Prætereunt, sterilis meq; cathedra tenet.

Et grauis exercet formandæ cura iuuenæ,

Nec merces tanto digna labore venit.

P S

Augis

EPIGRAMMATVM

Augiæ stabulum hîc iterumq; iterumq; repurgo,
 Et saxum AEolij uoluo reuoluo senis.
 Pro tam difficili Plenaq; labore palestra
 Hi sunt thesauri diuitiaq; meæ:
 Pulueris absorpti drachmarum pondera centum,
 Pedorum & bilis mixtæ selibra duum.
 Læsa ualetudo: macies cum tusse: catarrhus
 Cum peripneumonia: Pauor in ore grauis.
 Ira, odium inuidia, & liuor, contentio, pugna,
 Nilq; nisi in uacua bibliotheca domo.
 AEre crumena carens, perpauca aut gratia nulla,
 Grandia magnifici lucra magisterij.
 Ergo sceptra scholæ, sterilesq; ualete chatedræ,
 Functio me grauior cumq; quiete manet.
 Nil Helicon Præter Musas & carmina ficta,
 Et fictos latices, fictaq; templa colit.
 Pierios cantus, cytharas, &serta Dearum:
 Vnde uoluptates: æris ubiq; nihil.
 Pegasus & Musæ, Nymphaq; Aganippidos undæ,
 Numina sunt præter nomen inane nihil.
 Bassia doctorum, deliria musica uatum:
 Somnia sunt, quorum corpus & umbra nihil.
 Vera tibi stat Christe salus, & numina uera,
 Et uiui fontes, ueraq; templa patent.
 Hos latices colo nunc: his proluo fontibus ora,
 Spiritus unde sacer pectora nostra rigat.

Hi

Hi uiui fontes sunt Israelis in ora,
 Nil Helicon præter flumina ficta tenet.
 His lymphis potus de fontibus Israelis
 Tollar humo, & Christi numina magna cano.

IN GENIALE RVS SVVM

Beata Tranquillitas.

Cæsareas alij turre, & Palladis arces,
 Culminaq; aularum tecta ducumq; colant:
 Me mea delectat casa rustica, serua nec unquam
 Imperio alterius libera uita placet.
 Ascreum hinc meditor proprio sub culmine carmen,
 Musarumq; simul sacra Deumq; colo.
 Ipse monarcha meis hic serui & impero rebus,
 Contentusq; meis rura beata colo.
 Rura uoluptates atq; otia musica præstant,
 Par quibus haud regum splendida uita fuit.
 Talis in Arcadiæ secessu & rure beato
 Psophidio quondam uita peracta fuit.
 Ille pedem porta non extulit: haud mare uidit
 Lucra nec aduexit classibus ulla suis.
 Sed proprio censu, proprijs contentus & agris
 E uilla uictum sufficiente tulit.
 Indutusq; sua lana tranquilla uidebat
 Otia, sub propria consenuitq; casa.
 Sorteq; contentus minima, minimusq; manendi
 In uita minimum sensit & ipsa mali.

Dignus

EPIGRAMMATVM

Plin lib. 7. Dignus ab hoc habitus, qui felicissimus unus
cap. 46. Delphorum oraculis, numine teste, fuit.
Valer. lib. Talis uita fuit ueterum quoq; rustica patrum,
7. cap. 1. Aurea quos secla & biblica scripta canunt,
Hos tu Christe lares nobis atq; otia serua
Nostra sit ut studijs uita dicata tuis.

IN DELVBRVM MVSARVM & officinam Mineruae MV- SEVM,

En cophinos sportasq; sacras, fragmenta relictæ
Conseruare quibus iusserat ipse Deus.
Fragmenta è mensis patrum sublata secundis,
Et de reliquijs maxime Christe tuis.
Quas pia collegit famulorum cura tuorum,
Inq; alias plures amplificauit opes.
In quibus ipse paras animis conuiuia nostris,
Et uerbo pascis pectora nostra tua.
His micæ accedunt lapsæ de diuite mensa,
Dipnosophistarum quas genuere dapes.
Particulæ & crustæ, miseris abiecta Catellis,
Pascere post illos quos tibi cura fuit.
Hæc quoq; Christe tuæ largæ sunt munera dextræ,
Fluminaq; è sacris fontibus illa fluunt.
Quælia sunt artes, triplici discrimine sectæ,
Filia Mnemosynes quas Sophia alma docet.

Ingens

Ingens diuorum munus, quod contigit orbi,
Quoq; hominum minimè uitæ carere potest.
Quæ se ciuiles latè hinc extendit in usus,
Atq; facultates parturit inde duas,
Prima hominis uitam seruat, morbosq; repellit,
Et curam uigilem corporis usq; gerit.
Altera uiuendi normas præscribit honestas,
Datq; suum cuius, quod patet esse suum.
Talia ciuilem seruant munimina uitam,
Et fulcris istis nititur ipsa domus.
Quæ qui conatur de uita tollere, clarum
Aethereo solis tollit ab axe iubar
Quicumq; ergo sacras gaudes attingere sportas,
Atq; epulas mecum sumere rite patrum:
Abstineas precor illotis accedere dextris,
Omniaq; immunda commaculare manu.
Sunt sacre hæ sportæ, Christo Musisq; dicatæ,
Et mea uult puras Bibliotheca manus.
At uos immundæ Harpyæ, diræq; uolucres:
Sacrilegi fures: Autolyciq; genus.
Ad prædas nati, atq; assueti uiuere rapto,
Pollutoq; sacras diripere ore dapes.
Hinc procul hinc fugite, & nostris abscedite tectis,
Tangite furtiua hæc nec monumenta manu.
Ite procul, latebris clausiq; horrentibus umbris,
A laribus nostris & cohibete pedem.

Hæc

EPIGRAMMATVM

Hec loca sunt Musis sacra. Vobis furca bicornis
Conuenit, atq; alta pendula signa crucis.

IN AEMYLIAM SCHOSSEI

Poeta patriam sub generosis co-
mitibus de GLEICHEN.

O salue diuum sedes, domus inclita salue:
Salue doctorum o hospita blanda patrum.
Hic Heliconiades Musae: Latonia proles
PHOEBVS, et alma Charis, lucis et ipsa parens
Casta tibi cunas LVCINA Venusq; pararunt,
SCHOSSEI: uberi' us te q; aluere suis.
Sis preor o felix domus haec, Musisq; sacrata,
Et Christo? et lauri germina semper habe.

In Methodum rusticam,

THEODORI ZVINGERI BASILI-
ensis: Medici et Philosophi clariss.

Rura etiam ZVINGERE doces, rura inclita rura:
Et tabulis ornas aurea rura tuis.
Rura: antiqua hominum et primi domicilia mundi?
Rura: pie Cereris Triptolemiq; domum.
Rura: nouenarum portus et asila dearum,
Rura: uoluptates deliciasq; patrum.
Delitias magnatum, atq; instructissima regum
Horrea: nobilium praedia, regna penus.

Omnia

Omniparæ telluris opes, pomaria, sylvas,
 Piscinas, hortos, iugera, stagna, lacus.
 Armaq; Amiclaeumq; canē, atq; armerta gregesq;
 Arcadicumq; pecus, ruricolamq; bouem,
 Assyrium insectum, nec non genus omne animantū,
 Quicquid humo, syduis, aëre, degit aquis.
 Salue optate liber: salue instructissime codex:
 Hic tibi conueniens cella locusq; datur.
 Proximis Andimo uati Ascræoq; parenti
 Stabis & ad latus hic en Columella tuum,
 Palladij menses, Varro, consulq; Verona:
 Cum clemente Heron, cum xenophonte Cato.
 Et reliquum genus id scriptorum rustica per quos
 Splendori res est reddita tota suo.
 Huc ades & succede loco. tibi plurima debent
 Villa, domus, campi, pascua, rura, nemus.

AD M. VVOLF GAN GVM

Mollerum Rectorem Gymnasij

Sleusingensis V. CL.

Hanc Vuolfgange uicē tibi nostra Thalia rependit,
 Inq; tuos lusus ludit & ipsa suos.
 Principium ianus cum iam reserauerit anni,
 Et Xenijs certet turba propinqua suis.
 Illa tuas Musas simul & mirata leporem,
 Colloquijsq; petens mutua uerba tui.

Edm. R. M.

III EPIGRAMMATVM

Tæmellam hanc mittit grauidam, atq; in uentre ge-
 Quam niueus toto corpore cultus habet. (rent,
 Aspectu grauis est: uultu & sermone pudica:
 Aoniasq; inter connumeranda deas.
 Frons illi ingenua est, nullo circumlita fuco:
 Mens quoq; sincera est, pectora candor habet.
 Non idem color aut in foetu apparet imago,
 Ille sed alterius signa coloris habet.
 Quam simul ac cupidas fueris amplexus in ulnas,
 Porrecta dextra præbuerisq; manum:
 Illicet illa graues uteri perpeffa dolores
 In gremium pariet pignora multa tuum.
 Pignora de Cadmi sobole atq; propagine nata,
 Filiolæq; patris nomen & ora gerunt,
 Et quanquam nihil aure ualent, nihil ore loquantur,
 Nec muto possint reddere uerba sono:
 Verba tamen faciunt lapido nugantur & ore.
 Missaq; per terras, Voxq; per arua uolat.
 Absentes uox ista ferit: si quis tamen alter
 Astiterit, surda percipit aure nihil.
 Qualem Sappho suis fertur Sapientibus olim
 Inter conuiuias proposuisse Deam.
 Quæ si grata tibi est: si non tibi uilia sordent,
 Quæ tibi Pieridum conciliauit amor.
 Accipe, meq; tuos inter numerato sodales,
 Quos tibi Pieridum conciliauit amor.

dant musæ munera parua mea: Pandor

Pandoramq; tuam uelata fronte remitte,
Cumq; pia costa progenieq; uale.

IN ISAGOGEN ET INDICEM
chronologicum Abrahami Buchhol-
ceri. V. C. L.

En sceleton sacrum, haud nuda compagine constans,
E chronici saltem corporis articulis
Arida nil præter sola internodia monstrans,
Oppleat ut uacuos linea ducta sinus.
Sed benè uestitum neruis, cute, sanguine, carne:
Viduaq; iam chronici corporis effigies
In quo succus erit, uigor & uitalis, & ipse
Spiritus æthereus, Palladis ingenium.
Quale quidē haud ante hac uidit Germania magna,
Gallia non uidit: docta nec Italia.
Omnimodæ historiæ sylvæ, & uariabilis index,
Consensus chronici miraq; congeries.
Ordine regnorum fatalia tempora monstrans,
Aureaq; ætatum secla catena trahens,
Historiæ sacre clauis, lucisq; fenestra,
Vnde nouum accipiunt biblica scripta decus.
Protulit e tenebris umbrarum exanguæ cadauer
Silesiæ uates, erigit inq; pedes.
Carneq; contactum uitalibus imbuit auris?
Finxit & in formam hanc effigiemq; nouam.

P

Ergo

EPIGRAMMATVM

Ergo hic alter erit succensa luce Prometheus,
Qui iubar æternum contulit historijs
I liber Europa per singula regna, per urbes:
Lumen & in terris undiq; sparge tuum.

IN IVS MUNICIPALE

Reipub. Mulhufinæ, ciuitatis
imperialis.

Næ sapiens fuit hic, quisquis fuit ille uirorum,
Qui ius distribuit municipale tuum.
Non fuit è uulgo doctorum aut plebe, sed inter
Primates primæ conditionis homo.
Ordinis & methodi custos insignis, & idem,
Antistes iuris Iustiniane tui.
Vir bonus & commune bonum, qui publica semper
Commoda uult proprijs ante ferenda bonis.
Quæq; urbem euertunt, expellit legibus istis,
Crimina priuatas introitura domos.
Vtere præscriptis Respublica legibus istis,
Et decus antiquum salua tuere tuum.
Quære Dei regnum primum, populiq; salutem:
Emolumenta Deus cætera cuncta dabit.

IN PARERGA POSTHIANA.

Hæc tam culta uocas nou Erga Poëmata Posthi,
Ipse sed hæc censes Erga parerga tua.

Nil

Nil magis exoptant Musæ, quam publica primum
 Ut lucem ut ueniant nominis Erga tui.
 Si faciles Musæ hæc tibi concessere parerga,
 Quanta pater tandem Delphicus Erga dabit?
 Vix diu uates cultissime postq; parerga,
 In lucem tandem profer & Erga tua.

IN EIVSDEM PARERGA.

Postius hæc cythara, medica sed uiuit ab arte,
 Pæonia & clarum nomen ab arte trahit.
 Miles at Aonidum quondam quoq; castra secutus
 Ornamenta uelut Musica placita colit.
 His sibi notitiam multosq; parauit amicos,
 Diuitias medica colligit arte Sibi.
 Qui nihil ulterius didicit quam scribere uersum,
 Aetatis florem perdidit ille suæ.
 Perdit ut æstiuos soles candando cicada,
 Vnde famem hyberno frigore adacta perit.
 At sapiens, inopi me hinc formica senectæ,
 Aestate in brumam lecta cibumq; parat.
 Triticeamq; infert messem, robustaq; farra,
 Adq; opus aurora ~~et~~ mox oriente suum.
 Ergo & cum Polypo non ossa rigentia sugit
 Frigore sed genium curat alitq; suum.
 Disce facultates summas uelut Erga sequendas,
 Hinc Musas ueluti docta parerga cole.

EPIGRAMMATVM

Aliud.

Commendant alijs sua docta poemata Vates:
Te Posthi ostendunt culta parerga tua.

AD LVDOVICVM HELMBOLDVM
lyricum Psetam.

Candide Musarum antistes: Venerande sacerdos:
HELMBOLDE: Agnæ portio prima lyrae.
Iustitiae Christi præco, ueraq; salutis,
Quæ patet in solo sanguine Christe tuo.
Vndiq; dum passim conscripta uolumina uatum
Colligo, & hos serie conueniente loco.
Lector ut hinc uatum historiam cognoscere possit,
Musarumq; uelut Kyklion asma legat.
Perq; facultates omnes quàm diua poësis
Se latè extēdat, sceptraq; digna gerat:
Tunc tu nobis Musæ monumenta negabis,
Abscondesue lyrae Carmina sacra tuæ?
Haud reor: haud ideo diuina hæc Carmina condis.
Sola tibi soli pangere ut ista uelis.
Fons Agrippæus plenis se effundere riuis
Gaudet, & haud latices sorbuit ipse suos.
Cuncta sed humectat lymphis currentibus arua,
Et recreat riuis arida quæq; suis.
Spiritus inde uenit uitalis: uiuit & inde
In numeris, sophiæ quicquid in arte uidetur.

Ergo

Ergo tuæ nobis uersus trans mitte Camœnæ,
 Atq; lyræ libros commemorato tuæ.
 Sic diuæ Aonides cingant tua tempora lauro,
 Parq; tuæ detur nomen honosq; lyræ.
 Sic turba Aonidum: Sic gens Heliconia cresca
 Et plures, tua qui signa sequantur erunt.

IN AETATEM SALOMONIS

Frencelij, P. L.

Sexta tibi metam definit Olympias æta,
 Surgendi & requies hætenus ista fuit. Num. 8.
 Otia ob id DEVS, & lex scripta dedere iuuentæ, uersus 24.
 ingenij frondes explicuisse sui. & C. qui
 Nunc tibi magnificæ portæ panduntur honorum, etate L. 1.
 Ingenij fructus expetimusq; tui.
 Codice Mosaico uelut hæc describitur ætas,
 Ante tabernaculum quando Leuita stetit.
 Addidit hinc radium circum pia tempora laurus,
 Clara sit alterutro ut nunc tua Musa soror:
 Excole, quod donum est in te, diuine poëta,
 Corporis & uires rite tuere tui.
 Alter eris olim Vidas: aut Actius alter?
 Vt genium ostendit culta Minerva tuum.

IN BELLVM EVCHA-
risticum.

P 4

Tres

EPIGRAMMATVM

Tres hodie pugnant partes de corpore Christi
 In coena: & passim bella inimica gerunt:
 Prima fide maiora sacra miracula tuetur,
 Transq; elementari symbola panis ait.
 Ut nihil è signis reliquum nisi forma supersit,
 Agnosci species extim. ut inde queat.
 Altera miraculum negat: at misterion ingens
 Esse refert: Christi corpus adesse negat.
 Collocat id patris ad dextram, atq; ascendit in altum.
 Ergo hic in coena non magis esse potest.
 Inde tropum querit, panisq; hic symbola nuda
 Afferit, & uarijs explicat ista modis.
 Huic EST significat: CORPVS demonstrat at alter:
 Arbitrio exponit tertius ista suo.
 Disputat argute, & sophia pharmaca plurima quæ=
 Ambitio ut quemuis uel ratio alta uehit (rit,
 Tertia dat palmam Christo: Christumq; loquentem
 Suspicit: inq; statu hoc nil rationis eget.
 Sed uerbis Christi credit, Vimq; omnipotentem
 Attribuit Christo, qui Sacramenta dedit.
 Et cum pane sacro corpus, Christi q; cruorem,
 Cum poclo sumi prædicat ingenuæ.
 Nilq; tropum metuit quemuis nil schema, modumue,
 Qualiter ista Deus distribuisse uelit.
 sed Christo assurgit: Christo hæc uelut alta relin=
 Subq; fide captam uim rationis agit. (quit

Huic

Huic VNI arbitrium est, & uis, & norma loquendi:

Atq; NVNC AVDIRI præcipit ipse Deus.

Hæc Augustanæ est fidei confessio magna,

Atq; inter geminas indubitata uias.

Ista tenet medium. medio tutissimus ibis:

Vis sapere & ima sapere, atq; alta relinque Deo.

IN MVSARVM DELITIAS ET

hortum Medicinalem Doctoris Ioha. Pontani

Medici, in campo Martio ante Gotham:

ex Callenbergiana hereditate ob-

latum. M. Martino Vuil-

lichio.

V. CL,

Hortule magnificis à possessoribus olim

Culte, sed & docto nunc date sorte uiro.

Heu deserte iaces, nec pristina gloria splendet,

Nunc cultoris abest falxq; manusq; tui.

Quanta uoluptatum series quondam illa tuarum,

Versicolorq; tui gloria ruris erat?

Vos Dryades Nymphæ testes, ter tresq; sorores,

Quarum sæpe choros hortulus iste tulit.

Inter odoriferas syluas fruticesq; rosarum,

Dulce melos pulsæ cum sonuere lyre.

Sæpe sub ingressum genius mihi morte reuixit,

Intuituq; tuo mens renouata fuit.

P 4

Omnia

EPIGRAMMATVM

Omnia at (heu) pessum bellum execrabile bellum
 Cum flore auricomo & stirpe uirente dedit.
 Rara micant tamen hic domini uestigia primi,
 Hortulus antiquum spirat & inde decus.
 Asphodeli flores: calamenthi gloria ueri:
 Pinguis & andrachne, carduus & strobilus.
 Romulea hinc uitam spirans chamomilla: rubentes
 Asparagi baccae: uerus & Helleborus.
 Parnassi gramen: cum purpureoq; amarantho
 Stoechas citrina: Turcius & cucumis.
 Cervaq; dictamnium hic iaculis uiolata Dianæ,
 Infestosq; timens querit anhelæ canes.
 Et scurzonera hic lapidoso in colle uirescens,
 Stellata n. emittit caulibus alta comam.
 Inde glycyrrizæ fruticans è stirpe stolonum,
 A Emula Franciaci siluula surgit agri.
 Arcolas nunc squalor habet: fatoq; propinqua
 Planta noui domini fata sinistra dolet.
 Vuill. hium Musæ uestrum seruate Colonum,
 Hortulus ut uester floreat arte noua.



IN

IN STATVAM CHARITVM SEV
 Beneficentiae Isenaci olim erectam ad torrentem alua-
 rium, memoriae Duae ELISABETHAE con-
 secratam contra detestabile ingratitude criminis
 mem ex 4. lib: Historiae. D. ELISA-
 BETHAE f. Theodorici, or-
 dinis praedicatorum

Omnia sunt ingrata, nihil fecisse benigne est:
 Antiqui uatis, nota querela fuit.
 Quid nostri seculi mores, quid tempora possint,
 Heu cuculi scelus atq; impia facta docent.
 Atq; olim monuit Statua haec: quae digna per aevum
 Omnibus, ut cuculis inspicatur, erat.
 Mater egenorum diua ELISABETHA per huius,
 Torrentis lapidem compositura gradam.
 Cœnosa in aquas saxo detruditur isto,
 Et uetulae diris exagitata fuit.
 Lendibus immundas haec olim lauerat omnes,
 Leprosis sordes ablueratq; suas.
 Inq; toro proprio spondaq; locauerat egros
 Vestitu nudos indueratq; suo.
 Peonijs etiam unguentis hanc fouerat agram,
 Deq; epulis mensae pauera ipsa suae
 Pro cœna tamen in coeno nunc mergitur isto.
 Pro meritis pietas fert maledicta suis.

P 5

HEN

EPIGRAMMATVM

Heu scelus extremos deportandum ad Garamatas?
Verbe heu pessima anus non habitura locum.
Displicuit factum hoc patriæ, meruitq; perennem
Hanc statuam pietas ELISABETHA tuam.
Impietas anuis diræ est damnata sub orcum,
Digna habita æterna re, q; locusq; notas

IN EANDEM STATVAM.

Tres inter diuas Charitas, Nymphasq; sorores
En quantum tenet hic ELISABETHA locum.
Pro fonte Orchomeni: pro Thessaliæq; lauacro,
Unde pedes Nymphis perluit unda sacra.
Illa pedes lauat ISIACI torrentis in unda,
Perluit hicq; stolam in sanguine Christe tuo.
Abstergens sordes quas dira asperserat illi
Præfica, quam mensa souerat ipsa sua.
Fons sacer hic quartæ Charitatis, diuæq; lauacrum
HELISABES esto, quem statua ista notet.
Siste pedem cucule hic: maculasq; tuere lauantis,
Grande scelus charum est commaculare suam.

IN MESSEM COPIOSISSIMAM

Annihuius 1585.

Rustica dic grates: dic grates ciuica turbæ.
Alma Ceres anno hoc diua benigna fuit.
Agricolæ immensæ ruperunt horrea fruges,
Subq; dio passim est agglomerata Ceres.


Qualis


Qualis nulla fuit per plurima secula messis,
Messis in hoc anno tam benedicta fuit.
Ac nisi sessilibus culmis iacuisset in agro.
Strata seges nimbis, imbriferisq; Notis:
Aut madidus pluuia messem turbauerit æther,
Omnia frumentis æta repleta forent.
Qui benedicendo replet animalia cuncta:
Bruta, homines, agros, horrea, tecta, domos.
Christe lufem prohibe à populis à frugibus ignem:
Nostraq; succende hinc flamine corda tuo.
Ferueat ut calidis intus mens ignea flammis,
Victima pro messe hac ut tibi diues eat.
Muneribusq; tuis sic plebs passim usa fruatur,
Ne Furijs iram concitet æta tuam.
Sed facilem nudo: facilem se præstat egeno:
Pauperibus patriam porrigat atq; manus.
Vt donis tantis grati cum pace fruamur,
Et regni simus uiuida membra tui.

F I N I S.

IN TYRIGETARVM METRO-
poli, typis Caspari Stockheimij: impensis
Ottonis à Rifuik, Bibliopole.

Anno Christi M. D. LXXXV.





AB 41 $\frac{22}{h, 24}$

X 220083 ↑
5b.

